



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Modvs Frvctvose Celebrandi Missam**

**Giustinelli, Pietro  
Belli, Domenico**

**München, 1649**

---


---


**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55294)



46





Th. 3246.

J I

3.

MODVS  
FRVCTVOSE  
CELEBRANDI  
MISSAM.

AVCTORE R. P.  
PETRO IVSTINELLO,

Soc: I E S V Theologo.

Auctus varijs exercitijs & mō-  
do examinandi Conscientiam.

Item Sac. Congreg. Rituum

DECRETIS

Circa Regulas reformati Mis-  
salis ac Breuiarij.

*Coll. S. J. Paderb.*



Monachij Typis Nicolai Henrici  
Impensis Ioannis Wagneri

M. DC. II.

*Imprimatur, si Videbitur Reue-  
rendissimo P. Magistro Sacri  
Palatij Apostolici.*

*Cesar Fidelis Vicefg.*

---

*Imprimatur, Fr. Georgius Do-  
natus Rom. Magister, & Re-  
uerendiss. P. Fr. Hyacinthi  
Petronij Sacri Palatij Apo-  
stolici Magistri Socius, Ord.  
Prædicatorum.*

PRÆFATIO  
VENERABILIBVS  
DD. Sodalibus Eccle-  
siasticis facta.

**A** Nno superiore, DD.  
Sodales, ex Italico  
idiomate Vos Lati-  
no sum ore allocu-  
tus, eo fine, ut qua lectio & sus-  
erat paucorum, eam juris face-  
rem esse plurimorum. Nunc  
autem tametsi judicari queat  
illud, quod alias feci, esse satis,  
vel meo affectui, quo Vos obli-  
gor: vel Vestro conatu, quo san-  
ctitatem assiduissimè anhelatis,  
nihilominus ille maximus  
rei, quam molior modo, fructus,  
nec me à studio, Vos arctius de-  
vinciendi mihi, passus est pro-  
hiberi: neque Vos ab usu studij

## Praefatio

mei poterit refrenare. Vti igitur  
Brena superioris commendatio  
erat haec, ad ipsam amussim com-  
parasse se diuino sacrarum ho-  
rarum officio, summa cum at-  
tentione caelis persoluendo; quo  
Et eos prolixius sibi demereatur  
Clericus, Et plenius satisfaciat  
imperio Matris Ecclesiae, Et per-  
fectius demittet Iudicem Chri-  
stum: ita nunc dono omnium  
DEI donorum opulentissimo,  
compendio infinita bonitatis  
munificentissimo, Conuersorum  
Ecclesiae thesaurorum fonti in-  
exhausto (qui est Christus in  
Eucharistia) pie, recte, fructuo-  
seque deseruendi, rationem at-  
que industriam, affero Et offero;  
eamque tam ardenti erga S.  
Missam affectione cupio com-

*Ad Sodal. Ecclesiast.*

munire, quam magna spiritus  
cum jactura, si omisero, suo  
cunctos vos fructu frustrabor.  
Video enim (Eg elugens, Eg in-  
horrens, Video) quam cursim  
obiter à plerisque, quam per-  
functorie à permultis, quam  
negligenter à nonnullis, hoc di-  
viniſimum munus Dei mis-  
us tractetur, quasi nesciatur;  
pene negligatur, quasi minus  
curetur; certe non accurretur,  
quasi fructus is non debeat fieri,  
qui non Eg soleat meti, o cæcæ  
hominum mentes! o luteos sen-  
sus! Hic salus vino bibitur ex  
fonte; hic lux ex animato acci-  
pitur sole; hic æterna Vita è sua  
ducitur Vena: Eg ausit homo o-  
pus Domini facere negligenter!  
Id aliquando Frisii dolenda e-

Præfatio.

ternum αβλεψία vel despe-  
xerunt, vel certè non attende-  
runt, donec anno D. 1220. tota  
parè Frisia submersa, Et Anno  
D. 1273. supra centum mil-  
lia Frisonum submersa sunt.  
Ob similem incuriam puniuntur  
esse, DEVM, plurimos malos ho-  
mines, testantur maiores nostri:  
alij enim à canibus devorati,  
ab araneis impetiti, à cancro  
confecti, ouo suffocati, lingua  
stupore, subitâque morte casti-  
gati; alij aliter, omnes prodi-  
gialiter. Videantur S. Cyr.  
August. epist. 23. Optat. Mil.  
Sozom. Cedren, Bredenbach.  
Baronius Anno 362. Thom.  
VVald. Ioan. Nauclerus, Bel-  
larm. lib. 1. de Euchar. cap. 8.  
In vita S. Bernard. lib. 1. & S.

En-

*Ad Sodal. Ecclesiast.*

Engelb. M. Sigebert. de Regis  
adultero Lothario. Anno D.  
870. & Baron. Anno 868. *Cu-*  
*iusmodi pœna, Et maximè gra-*  
*ues, ita minimè miranda de-*  
*bent Videri, cum Videamus,*  
*bardos etiam asinos SS. Eucha-*  
*ristiam fuisse Generatos: Anno*  
*Societ. lib. 2. 27. ipsos mulos,*  
*in vita S. Antonij Pad. rudes*  
*ones, in vita S. Francisci & S.*  
*Coletæ, stupidos boues, Cæsa-*  
*rius. lib. 9. c. 7. denique Es apes,*  
*Petr. Cluniac. Canis. Thom.*  
*Cantip. Bozius, &c. Quas ob*  
*res, DD. Sodales, nos malis ma-*  
*lorum docti, Es contumacium*  
*panis territi, proleçtati exem-*  
*plis ouium Es apium, inuitati*  
*dulcissimo manna cibo Angelo-*  
*rum, Regem Christum, etiam*

*Pref. ad Sod. Ecol.*

*sub nube ? DEVM. etiam in  
Sombra colemus ? eam illi defe-  
remus reverentiam, que sum-  
ma est : eam preparationem,  
qua digna est : eam gratiarum  
actionem, qua immorta-  
lis est.*



96 (1) 90



MODVS

DE VOTE ET FRV-  
ctuosè celebrandi san-  
ctissimum Missæ Sa-  
crificium.

*Quid requirat dignus ad Sacra-  
tissimam Missam accessus?*

**D**ignus & fructuo-  
sus ad augustissi-  
mum Missæ Sacri-  
ficiū accessus,  
quædam antè, quædam in  
ipso Sacrificij tempore, quæ-  
dam post peractam sacrosan-  
tam requirit Missam.

1 5

113

**D**Væ ad S. Missam sunt præparaciones, quarum remota vna: & propinqua altera: remota principaliter in sequentibus consistit actibus.

Primum, vt Sacerdos interdiu, diligenter sensuum suorum custodiat portas: ex inordinata namque videndi, & quamcunque vel licitam, vel illicitam rem audiendi, libertate: ex manducandi, bibendique intemperantia: ex superfluo somno: ex nimis molli, delicatòque vestitu: ex modica loquendi, & agendi cautela, atque circumspectione, ex nimia suorum commodorum procuracione, & suorum appetituum indulgentia, ac

re-

*Celbrandi Missam.*

remissione : grauissimarum  
DEI offensarum incurrit di-  
scrimen, juxta illud verissimū  
Sapientis dictum : *Qui amat  
periculum, peribit in eo.*

Secundò vt caueat, ne se ni-  
miùm in res exteriores effun-  
dat: & præcipuè in negotia, &  
occupationes sæculares : sed  
sobriè se gerat, & tantum tali-  
bus sese rebus occupet; quales  
vel necessitas imperat, vel sta-  
tus commendat : ac suam sub-  
inde ad DEVM mentem ele-  
uet, & omnem suam actio-  
nem, ad puram DEI gratiam  
nec non ad spiritualem aut  
temporalem, sui ac proximo-  
rum utilitatem referat.

Tertiò, vt multam conuer-  
sationem, & maximè eorum  
qui

qui Deum parùm timent, qui maledici, & minus modestorum aut honestorum sunt morum, deviter, ac fugiat. Et illa summopere loca, non secùs, ac pestem, declinet, defugiatque, vbi exhibendi ludi, vel exercendarum nugarum, & novorum rumorum aguntur, conuenticula: & fabularum ac similium rerum miscetur sermones.

Summoperè insuper præcauendum illi, ne ad spectandas choreas, spectacula, vel profanas comœdias accedat, eò quod hoc & indignum sit Sacerdote, & admodùm semper scandalosum.

Multùm cauendum illi patet, ne per Civitatis vel pago-

*Celebrandi Missam.* 3

etū vagerur compita, nisi ob aliquam honestam recreationē, vel pro aliqua visitanda Ecclesia, seu pro aliquo inuisendo infirmo, siuē aliqua illi ad eunda persona, cui iustis ex causis obstrictus fuerit.

Ordinariē tamen superflua, & præcipuē mulierum, etiam parentum & propinquarum, deuitabit conuersationem. Teste namque D. Hieronymo : Cuilibet Clerico multum, à domesticarū etiam foeminarum, abstinendum est conuersatione : cum illis tantum conuersandum, cum quibus vera ac mera requirat necessitas.

Secus namque faciendo, necessario sequitur, ob supradictas  
ctas

*Medius Devotè*

Etas inordinatas actiones, Sa-  
cerdotem infinitas mentis pa-  
rteuagationes, varias tenta-  
tiones, & cordis inquietudi-  
nem, atque perturbationem:  
omnemque pietatis, ac deuo-  
tionis perdere gustum: effici-  
que in rebus spiritualibus, &  
diuino cultu aridum, insipi-  
dum, somnolentum, atque tæ-  
diosum.

Vnde totaliter inclinabitur  
ad res sensuales, ad recreatio-  
nes, ad seculares conuersatio-  
nes, ad jocos, nugas, dissolu-  
tiones: ad crapulam, somnum,  
& similia. Vnde postmodum  
euenire solet, vt perfunctoriè,  
festinatò, ex arida consuetu-  
dine, & sine deuotione, & sine  
reuerentia, sine fructu, & for-  
sitan

*Celebrandi Missam.* 7

litam cum propria ruina, & damnatione Sacrum peragat.

Quartò, propter jam dictas causas nunquam illi per diem oriandum erit, neq; subsistendum, hærendo (quod multi facere solent) in plateis, circa porticus, fora, deambulacra, seu alia similia publica aut priuata loca. Sed aliqua honesta semper actione, seu piæ quopiam exercitio, illi expendendum tempus, maximè aliquo honesto studio, pro sua, vel proximorum erit utilitate consumendum.

Particulatim verò aliquod tempus assignabit, spiritualis alicuius libelli lectioni: atque interdium, suam ad DEVM frequenter eleuabit mentem, iaculã-

culatorias ( vt vocant ) crebrò  
emittet orationes , Debitis &  
statis temporibus , cum omni  
deuotione, & attentione, suum  
diuinum persoluet officium.

Quintò, Celebraturus, antè  
omnia priusquam celebret, di-  
ligens suæ Conscientiæ faciet  
examen : & secundùm quod  
necessitas exigit, cum vera hu-  
militate, & peccatorum suo-  
rum contritione, & firmo e-  
mendandi proposito, ad sa-  
eram accedet Confessionem,  
iniunctamque diligenter per-  
soluet poenitentiam.

Et si forsan grādi aliquo de-  
lictò grauata inueniretur con-  
scientia, vel aliquid occurre-  
ret, quod indecentiam, vel  
modicam argueret reueren-  
tiam,

*Celebrandi Missam.* 9

tiam, tanti Sacrificij illo die :  
celebrationem intermittere, si  
alia necessitas, aut legitima  
causa, iudicio sui Confessarij,  
aliter facere, illum non adstrin-  
gat.

Ut autem facilius, & fru-  
ctuosius hoc possit facere exa-  
men, ponemus hic præcipua  
quædam capita juxta quæ se-  
ipsum examinare & discutere  
queat.

*Examen conscientie.*

Primò, sancti Spiritus implo-  
rabit auxilium dicendo.

**V**ENI sancte Spiritus, reple  
tuorum corda fidelium, &  
tua lucis radium in me infun-  
de;

de: Et distinctè cognoscam, di-  
 gne defleam, Et integrè confi-  
 tear peccata mea, ad laudem Et  
 gloriam nominis tui, Et salu-  
 tem anima mea. Per IESVM  
 Christum Dominum nostrum,  
 Amen.

Deinde examinabit seipsum  
 juxta modum sequentem.

Punctum primum. Circa  
 cogitationes.

1. An voluntariè, otiosas, id  
 est, inutiles sibi & suis proxi-  
 mis, cogitationes, in animum  
 receperit.

2. Vanas, optando, seu aspi-  
 rando ad honores, existima-  
 tionem, reputationem, appe-  
 ten-

*Celebrandi Missam.* 11

tendo diuitias, & mundanas  
ambiendo dignitates.

3. *Superbas*, & ambitiosas,  
seipsum magnificando, & cum  
aliorum despectu, alijs se præ-  
ferendo: Ecclesiasticæ digni-  
tatis gradus exoptando, præ-  
sertim cum illorum incapax,  
illisque indignus sit.

4. *Auaras*, id est, superfluas  
concupiscendo diuitias, pe-  
cunias, commoditates, Eccle-  
siastica beneficia, & obuentio-  
nes, &c.

5. *Impuras*, rebus sensuali-  
bus se oblectando, vel mente  
illas versando.

6. *Gulosas*, superfluè man-  
ducando, bibendo, exquisitos  
cibos, seu lautas epulas deside-  
rando.

B 3

7. *Iras*

7. *Iracundas*, excogitando quomodò aliquam sibi irrogatam possit vindicare & vlei-  
sci iniuriam.

8. *Odiosas*, optando cuiquam malum, vel habendo ab aliquo aversionem, seu excogitando, quomodò alicuius possit lædere honorem, vitam, aut famam, vel facultates.

9. *Invidias*, proximorum invidendo bonis.

10. *Suspiciosas*, finistrè, & malè de quopiam sine causa suspicando.

11. *Temerarias*, temerè siue malè de aliorum dictis, vel factis, absque sufficienti fundamento, iudicando.

12. *Curiosas*, inquirendo, quomodo illa possit cognoscere  
vel

vel intelligere, quæ capacita-  
tem eius excedunt, & neq; sta-  
tui, neque officio, neque pro-  
fessionis suæ conueniant.

13. *Fraudulentas*, excogitan-  
do, quomodo aliquem in di-  
ctis, factisue decipere posset.

14. *Pusillanimes*, diffidendo,  
vel nimium timendo, se hoc  
adimplere posse, quod iustum  
& conueniens est.

15. *Dubiosas*, dubitando circa  
aliquem fidei articulum.

16. *Murmuratorias*, intra se  
de se, vel aliqua re aut persona  
obmurmurando, seu lamen-  
tando.

17. *Scrupulosas*, nimis facile  
dubitando ijs de rebus, de qui-  
bus non est dubitandum.

18. *Acediosas*, quidpiam cum  
tædio & nausea pensitando.

Punctum 2. *Circa Verba.*

1. *Si otiosa*, id est, inutilia &  
sibi, & proximo suo, locutus  
fuerit verba.
2. *Inconsiderata*, & temeraria,  
id est, non secundū quod tem-  
pus, locus, persona, aut res,  
aut finis requirebat, prolata.
3. *Exaggerantia*, plus minus-  
ue, quam res ipsa reuera erat,  
dicendo.
4. *Superba*, & elata arrogan-  
tia, superbiendo & despicien-  
do alios.
5. *Aculeata*, & irreuerentia,  
charitatem fraternam læden-  
tia, & debitam reuerentiam  
non adducuntia.

6. *Iracunda*, cum ira, indignatione, & furore prolata.

7. *Susurratoria*, discordias seminantia.

8. *Detraçtoria*, de altero, vel malum eius edicendo, vel bonum eius imminuendo.

9. *Iniuriosa*, & contumeliosa, contra DEVM & Sanctos eius pronuntiata: vti sunt, blasphemix: vel contra cuiuscumque honorem, seu aduersus aliquam personam dicta.

10. *Impudica*, & impura, contra honestatem, & bonos mores prolata de obscænis & turpibus rebus.

11. *Mendacia*, falsum, vel cum, vel absque iuramento, cum proximo, vel sine illius damno, affirmata.

12. *Simulatoria*, fingendo quod non est.
13. *Adulatoria*, pro aliorum conciliando favore, & aucupanda benevolentia, ad placendum alijs, dicta.
14. *Contentiosa*, pertinaciter cuiuspiam obstando quo suum possit tueri iudicium.
15. *Irrisoria*, deridendo aliorum.
16. *Amara*, cum cordis amaritudine, vel pro vindicta, seu ob aliquam malam passionem, dicta.
17. *laetabunda*, seipsum ac res suas efferendo seu laudando, vel rebus malis gloriando.
18. *Ambigua*, quæ in vno sensu proferuntur ore, alia intelliguntur mente.

19. *Irrisoria*, risum prouocantia.
20. *Affectata*, aliquo artificio, & studio, pro aliqua facundia ostentatione, vel pro alienius doctrinae assentatiuncula dicta.
21. *Fraudulenta*, ad decipiendum aliquem prolata.
22. *Instigatoria*, praua consilia suggerentia, & ad malum instigantia.
23. *Execratoria*, maledicendo, vel sibi ipsi mala imprecando, vel alijs ex odio, vel rancore, vel indignatione.

Punctum 3. *Circa opera.*

- I. An otiosa, & inutilia operans sit, & ea, quae non ad aliquem

quem bonum finem directa.

2. *Vana*, pro humano aucupando favore, vt aliquo possit in honore, & æstimatione haberi; facta.

3. *Inordinata*, id est, sine debito fine, vel modo, & non suo tempore & loco, peracta.

4. *Inobediencia*, id est contra Dei, S. Matris Ecclesiæ, & contra suorum Superiorũ ac Prælatorum præceptiones; contra diuini officij, & suæ conscientiz remorsum, acta. Et si est Religiosus, contra suorum Superiorum ordinationes, & Regulam facta.

5. *Sacrilega*, recipiendo vel ministrando cum peccato, seu dubio peccati, Sancta Sacramenta: vel emissa violata vota.

ta, siue quapiam commissa Si-  
monia.

6. *Immunda*, contra purita-  
tem vitæ ac bonorum morum  
admissa.

7. *Hypocritica*, ficta ac simu-  
lata, ostendendo se talem esse,  
qualis non est.

8. *Temeraria*, nempe facta  
ex proprio capite, sine consi-  
lio, & Superiorum suorum di-  
rectione.

9. *Presumptuosa*, supra pro-  
pria sua habilitate, juribus aut  
viribus.

10. *Fraudulenta*, cum fraude  
& impostura suorum proxi-  
morum, & contra justitiam.

11. *Partialia*, non vtendo  
cum omnibus, quando ratio  
exigit, debita æqualitate.

12. *Indiscreta*, id est immo-  
derata & contra rationis dicta-  
men acta, utpotè immodera-  
tè studendo, scribendo, legen-  
do, vigilando, orando, pœni-  
tentiis faciendo, aliquem in-  
discretè corripiendo, & casti-  
gando.

13. *Acediosa*, id est, inuitè,  
& cum tædio, nauseaue facta.

14. *Quæstiosa*, id est, non pro  
Dei honore, & gloria, sed & ob  
suam duntaxat utilitatem, ob-  
lectationem, honorem, pro-  
prium commodum, seu ad e-  
vitandum oppositum, facta.

15. *Superflua*, id est, ob so-  
lam suam cōmoditatem, deli-  
cias, & propriam sensualitatem  
facta: uti manducando, biben-  
do, dormiendo, vestiendo, re-

creando, ornando, amplius quam status suus requirit, aut citra justam necessitatem suas expendendo vel consumendo facultates.

16. *Desidiosa*, id est, sine debita applicatione, & mentis attentione, sine modo, citra primum affectum, præcipuè res, ad diuinum cultum spectantes: vti sunt orationes: Missæ Sacrificium, diuina officia: Conscientiæ examen, Confessio: Sacra communio, spiritalis libri lectio: Verbum DEI Sanctorum cultus, sacrarum Reliquiarum, Indulgentiæ, & similia, negligenter exercitare, & colere: speciatim verò, & singulariter hæc examinabit sequentia.

Punctum 4. Circa Diuinum  
officium.

1. Num Diuinum officium si-  
ne debita attentione, reueren-  
tia, & deuotione, vel indecen-  
ti situ ac loco, recitauerit?
2. An quid notabile, & cum  
culpa aliqua omiserit?
3. An malè & nimis festinan-  
ter verba pronunciauerit.
4. An ordinem inuerterit,  
postponendo illud, quod erat  
anteponendum, vel è contra-  
rio.
5. An vnum pro alio officium  
recitauerit.
6. An longo veletiam mo-  
dico tempore, sine iusta causa  
officium interruperit.
7. An sub diuini officij reci-  
tatio.

tatione voluntariè distractus fuerit, ridendo, jocando, seu aliquid distractionem inuehens agendo.

8. An determinatis temporibus, cum posset, horas non legerit.

9. An cantando in Choro, non debite attentus fuerit.

10. An huc illucque suis oculis curiosè vagatus fuerit, vel circumspexerit.

11. An recitando cum alijs officium, ad aliorum verba non attentus fuerit.

12. An hoc, quod omissum intellexerat, vel malè pronunciatum, aut voluntaria distractione dictum, maximè si aliqua notabilis omissa esset pars, non reperierit?

13. An

13. An ob lucrum solum temporale, & non principaliter ad DEI gloriam, diuinum officium persoluerit?

14. An vel totum, seu aliquam diuini officij partem, iuxta ex causa omiserit?

15. An totum, vel diuini officij omittendo partem, absque legitima causa, debitam fructuum sui beneficij partem aut pensionis, vel Ecclesie, vel locis sacris, iuxta Bullam Pij V. non restituerit?

*Punctum 5. Circa Missam.*

1. Num absque debita preparatione, & conscientie examinatione, vel cum dubio peccati, celebrauerit.

2. An

2. An cum modica deuotione, attentione, & reuerentia, & nimis celeriter & malè verba Canonis, aut Consecrationis pronunciauerit.
3. An voluntariè aliquid omiserit, mutauerit, vel adiunxerit.
4. An tempore à S. Matre Ecclesia præfixo ( quod ab auro-  
ra incipit & durat vsq; ad me-  
ridiem) celebrauerit.
5. An Rubricas Missalis  
quantùm ad modum Cere-  
moniarum, & rituum ordina-  
tum ab Ecclesia, obseruauerit.
6. An absque omnibus sacris  
paramentis, vel sine corpora-  
li, libro, lumine, ministro, abs-  
que consecrato lapide, aut si-  
C ne

ne debitis altaris mappis, celebrauerit.

7. An in debita materia azy-  
mi panis, & veri vini, non cor-  
rupti, & in Calice conuenien-  
te, consecrauerit infusa aqua,  
& in loco sacro consecrauerit.

8. An ante Matutinum per-  
solutum, absque legitima cau-  
sa, celebrauerit.

9. An orationes, quæ Sac-  
doti dicendæ, lauandis mani-  
bus, & sacris se vestiendo in-  
dumentis vti in Missali adno-  
tata, dixerit.

10. An Sacrificium Missæ non  
conforme temporibus occur-  
rentibus, sine iusta causa per-  
egerit.

11. An Sacrificium pro illis  
applicauerit vel obtulerit, vi-  
uis,

uis, & defunctis, quibus erat obligatus.

12. An peracto Sacrificio, debitas DEO gratias egerit, vel nimium festinanter, & citra deuotionem, persoluerit.

13. An statim finito Sacro, impertinentibus, & profanis colloquijs, nugis, jocis, risibus lusibus, & similibus rebus tanto Sacrificio indignis, sese impenderit.

14. An scienter, absq; legitimis ordinibus, vel cum aliquo legitimæ censuræ impedimento, cuius sibi conscius fuit, vel cum irregularitate, celebrauerit.

Punctum 6. Circa Sanctorum  
Sacramentorum admini-  
strationem.

1. Si cum debita deuotione,  
reuerentia, & oculorum mo-  
destia, augustissimū altaris Sa-  
cramentum nō ministrauerit.
2. Si per negligentiam, vel ob-  
modicam aduertentiā, Vene-  
rabile Sacramentum, seu ali-  
quam eius particulam, ex ma-  
nibus cadere permiserit. Et si  
in tali casu, id quod Rubricæ  
præcipiunt, fecerit.
3. Si inuoluntariè, seu illiben-  
ter, ob laboris vel incommo-  
di timorem ministrauerit Sa-  
cramenta.
4. Si Sacramentum Confes-  
sionis, sciens se ob scientiæ,  
pro-

probitatis, & legitimæ potestatis defectum, in idoneum, administrauerit.

5. Et si primum seipsum, & pœnitentes DEO non commendauerit.

6. An habuerit rectam intentionem, ad DEI gloriam & salutem animarum: nùm potius ad temporale lucrum, vel peruersum aliud propositum respexerit.

7. Si debitas interrogationes cum prudentia, & modestia omiserit, vel si nimis superfluous in rebus impertinentibus interrogandis, cum periculo sui vel pœnitentis damno.

8. Si sua culpa passus tentationes, & in illis statim ad debita remedia non recurrerit: men-

tem ad DEVM eleuando, eius auxilium implorando, mentemq; suam ad piam aliquam cogitationem conuertendo.

9. Si in excipienda Confessione, erga poenitentem fuerit impatiens, asper, & nimis rigidus, præcisa illi libertate, omnia sua peccata cum fiducia confitendi.

10. Si omiserit procurare, vt suis obligationibus, ac suæ cōscientiæ satisfaciat poenitens: maximè in restituenda fama & reddendis rebus iniuste partitis.

11. Si poenitentes, & sibi commissos de rebus suæ salutis, & remedijs ad emendationem necessarijs instruxerit,

12. Si in casibus difficilibus, & dubijs, ad consilium intelligentium, & expertorum non recurrerit. Et si in talibus casibus absoluerit, dubitando an absoluerit, nec ne.

13. Si quempiam absoluerit, dubitando, num ibi debita esset absoluendi materia: & an pœnitens, requisitum dolorem habuerit: emendationis propositum. & satisfaciendi suæ conscientiae, & obligationi, voluntatem.

14. Si nimis rigidam pœnitentiam, pœnitentis statui, & emendationi improporcionatam imposuit.

15. Si extra Confessionem, sine pœnitentis licentia, locus fuerit, violando directè, si-

ne indirectè, vel cum periculo violandi, sacramentale sigillum.

**Punctum 7. Circa curam**

*animarum.*

1. Si cum animarum haberet curam, non zelauerit, non de illarum salute sollicitus fuerit.
2. Si suis temporibus sancta illis Sacramenta non ministraverit.
3. Si non elaborauerit intelligere & tollere publica scandala, & abusus, & eos eruere è peccatis, quos illis nòrat obnoxios.
4. Si doctrina Christiana illos non erudierit, nec res ad salutem docuerit necessarias.

5. Si

*Celebrandi Missam.* 33

5. Si debitis temporibus non annunciauerit Verbum DE I, malam prauamque illorum corripiendo vitam, illos hortando ad virtutes, Deique eis inculcando timorem.
6. Si inter discordantes, pacem non composuerit,
7. Si festiuis diebus, populo celebrare Missam omiserit.
8. Si diuini officij, & Missæ obligationibus, tam pro viuis quã defunctis non satisfecerit.
9. Si illos qui non confitentur, neque communicant, saltem semel in anno, in sua Parochia, non obseruauerit.
10. Si aliquem per suam negligentiam, sine Sacramentis, & animæ cõmendatione mori permiserit.

11. Si pro morientium consolatione & auxilio morituris non astiterit, cum posset.

12. Si malis suis actionibus, & pravis moribus, suis subditis malum exemplum dederit.

13. Si nescit quantum ad sui officij & muneris attinet obligationem.

14. Si ordinationes suorum Superiorum & Prælatorum, nec non Ecclesiæ statuta, circa animarum curam, obseruet.

*Punctum 8. Circa curam Ecclesiæ, & rerum sacrarum.*

1. Si habuerit curam Ecclesiæ, & Sacristiæ : immunda, malè purgata sacra vasa, corpora-

poralia, Purificatoria, & mappas, & vestimenta reliqua sacra.

2. Si Missæ & altarium paramenta reliquerit fracta, foeda, & malè composita.

3. Si tenuerit Ecclesiam, & sacra Altaria immunda, puluere obsita, telis aranearum, & alijs foedis rebus, præcipuè Altariū Mappas defoedatas.

4. Si non decenter conseruet in altari augustissimum altaris Sacramentum: nec illud renouauerit suis temporibus, cum ardente semper ante illud lampade.

5. Si permiserit deesse aquam lustralem, seu benedictam in vasis Ecclesiæ.

6. Si non prouiderit necessaria,

ria Ecclesiæ, & Sacristiæ, quantum ad suam pertinet obligationem.

7. Si non renouauerit singulis annis sacrum Chrisma.

8. Si modicam sacrarum Reliquiarum curam habuerit.

9. Si non decentem Ecclesiæ apparatus diebus festiuis & solemnibus habuerit.

*Punctum 9. Circa omissiones.*

1. Si præter jam dicta, in supradictis capitibus aliquid facere omiserit, ex obligatione, erga Deum, erga seipsum, vel circa proximum: maximè vero, circa suos Parentes, & Benefactores, viuos & defunctos.

ctos, & erga suam Religionem  
si Religiosus sit.

2. Particularim verò, si per  
negligentiam solitas oratio-  
nes, deuotiones, Sacrum, di-  
uina officia, Cōfessionem, ex-  
amen conscientiæ, solitas pœ-  
nitentias, & mortificationes,  
verbum DEI, spirituales le-  
ctiones, proximorum corre-  
ctiones prætermiserit: si spiri-  
tualibus, & temporalibus il-  
lorum necessitatibus subue-  
nerit, nec juxtà suas vires ope-  
ra misericordiæ exercuerit.

3. Postremò Deum omnium  
suorum peccatorum depreca-  
bitur veniam, firmiter in po-  
sterum proponendo emenda-  
tionem, ac deinde accessurus

ad

38      *Modus Devotè*  
ad Confessionem, sequentem  
dicet orationem.

*Oratio ante sacram Confes-  
sionem.*

**E**Go ô Benignissime Domi-  
ne Iesu Christe, vnice Sal-  
uator & Sanctificator meus,  
qui tot tantisque modis tuam  
offendi Bonitatem & Maiesta-  
tem, humiliter omnium meo-  
rum cõmissorum peccatorum  
deprecor veniam, & indulgen-  
tiam, promittendo, tuo fauen-  
te auxilio, (in quo duntaxat  
confido) de cætero, cum omni  
diligentia, omnimodam e-  
mendationem.

Illamina quæso Domine  
cor meum tuæ diuinæ lucis  
ra.

radijs : vt omnes meas agnoscam culpas, & imperfectiones, illasque dignè defleam, & integrè confitear, cum perfecto dolore, syntero corde, ac perfecta emendatione, Amen.

PRÆPARATIO.

*Proxima ad Sacrificium.  
Missa.*

**F**ACTA à Sacerdote Confessione, expletaque poenitentia ( si commode fieri poterit ) & persoluto minimum Matutino, seu matutinali officio ; per mediam horam, vel per quartam horæ partem antè sacrosanctam Missam, intra seipsum se colliget, & in diui-

na præsentia, & vero intimo-  
que corde faciet sequentia.

Primò recitabit, si tempus  
permittit, præparationem ex  
Missali, quam pro maiore cõ-  
moditate, circa libelli huius  
ponemus finem.

Secundo, humiliando se  
profundè in abyfso sui nihili  
suam ad Deum eleuabit men-  
tem, & pleno corde sequentes  
exercebit actus: qui vtilissimi  
sunt, ad dispositionem maio-  
ris recipiendæ gratiæ, ex V. Sa-  
cramento.

Et si in aliquo occulto sibi-  
que incognito inueniretur  
delicto, hisce actibus, & Sacro-  
sancti perceptione Sacramen-  
ti, perditam diuinam recupe-  
rabit gratiam.

*Actus Fidei, & adorationis.*

**O** Domine Deus meus, qui  
trinus in personis, & v-  
nus in essentia, & tu Domine  
mi Iesu Christe, verus **D E U S,**  
& homo. Te adoro ex toto-  
corde meo, & confiteor, te ve-  
rum & vnicum Creatorem,  
Saluatorem, & vnicum finem  
meum. Et quia nimis humi-  
lis mea est adoratio, offero ti-  
bi excellentissimas adoratio-  
nes, quas tibi incessanter ac  
perpetuò offerunt & offerent  
in æternum tua Sacratissima  
Humanitas, & immaculatissi-  
ma tua Mater. & Regina nõ-  
stra, cum tota coelesti Curia,  
Sancta que matre Ecclesia, di-  
lecta tua Sponsa.

**D**

*Actus*

*Modus Devote*

*Actus amoris erga Deum.*

**I**Nsuper Domine Deus meus,  
toto corde, tota mente, tota  
fortitudine, & omnibus viri-  
bus meis amo te, & semper te  
volo amare super omnia: & si  
fieri posset, optarem, ac vel-  
lem te posse amare illo perfe-  
ctissimo amore, quo tu teip-  
sum amas, & quo te sanctissi-  
ma tua amat Humanitas, Sa-  
cratissima Virgo Maria, tota  
coelestis Curia, & uniuersa Ec-  
clesia Catholica.

*Actus Contritionis.*

**E**T quia tu Domine DEVS  
meus es ille Deus, qui infi-  
nitè est bonus, sapiens, omni-

po-

*Celebrandi Missam.* 43

potens, justus, & misericors:  
ideò ex toto corde me pænitet  
& doleo supra omnia, de om-  
nibus mortalibus, & veniali-  
bus delictis commissis, cogi-  
tationibus, verbis, & operibus  
atque omissionibus, ab ipso  
momento, quo rationis fui  
capax, vsque in præsentem  
horam.

Et in vicem mei imperfecti  
doloris, offero tibi amaram  
contritionem, qua de suis do-  
luit peccatis, Sanctus Prophe-  
ta David, Sanctus Petrus, S.  
Maria Magdalena, cum om-  
nibus alijs poenitentibus, qui  
à primordio mundi fuerunt,  
& vsq; ad præsens etiamnum  
sunt: & firmiter statuo tua an-  
nente ope, in qua omnis

D 2 mea

mea posita fiducia, me amplius te non offensurum.

*Actus Satisfactionis.*

**E**T quoniam, Domine mi non possum ex me solo tantis meis debitis, quibus ob mea peccata tibi sum obstrictus, satisfacere, atque propter meas tibi irrogatas offensas: ideò in illorum satisfactionem, totam meam tibi offero vitam, omnia mea bona opera, omnesq; meos exantlatos, & quos deinceps sum exantlaturus, labores, & quicquid unquam perpeffurus: vna cum meritis sacratissimę vitę, acerbissimę Passionis, & dirissimę mortis Unigeniti Filij tui, hu-  
mi-

*Celebrandi Missam.* 45.

militer deprecando eorum remissionem, efficacem gratiam ante mortem, agendi poenitentiam.

*Actus oblationis vel pura intentionis.*

**P**Ræterea Domine mi, in v-  
nitione illius ardentissimi a-  
moris, & purissimæ intentio-  
nis, cum qua te ipsum nobis  
dedisti in cibum nostrum in  
ultima Cœna, atq; in ara Cru-  
cis obtulisti te ipsum in Sacri-  
ficio: offero tibi Domine  
hoc meum Sacrificium, & cum  
eo me ipsum totum in sempi-  
ternum tuum honorem & glo-  
riam. Atque in locum exiguæ  
meæ præparationis & medicæ

D. 3. de.

deuotionis offero illam profundam humilitatem, charitatem, & puritatem, cum qua tua sacratissima Mater, ac ceteri tui deuoti ferui, ad hoc diuinum accesserunt Sacramentum: & cum qua tui sancti Apostoli, & reliqui sancti tui Sacerdotes, à principio tuæ institutionis, vsque in præsentem diem tibi obtulerunt, & de præsentem tibi offert vniuersalis Ecclesia Catholica, Amen.

Determinabis pro quo hoc tuum offerre vis Sacrum, & pro quibus personis vel necessitatibus orare proponis, & illos Domino commendabis.

Vltimò recordaberis alicuius Mysterij vitæ ac Passionis

Do-

*Celebrandi Missam. 47*

Domini nostri Iesu Christi, in  
hunc qui sequitur modum.

*Mysteria Vitæ ac Passionis  
Domini nostri, Iesu Christi con-  
sideranda ante Sacrificium  
Missæ.*

Quia Sanctissimum Missæ  
Sacrificium à Christo Domi-  
no nostro fuit institutum in  
sanctissimæ Vitæ, Passionis ac  
Mortis suæ memoriam, ideo  
debet Sacerdos, ante & post il-  
lud, particularem etiam alicu-  
ius Vitæ ac Passionis mysterij  
facere memoriam: quod ut  
facilius possit exequi, distri-  
buemus per singulos hebdo-  
madæ dies mysteria principa-  
liora duo, alterum ante, alte-  
rum post S. Missam. Facien-  
da erunt tria. Primum, illa

terno offeret Patri, in suorum, & totius mundi peccatorū remissionem. Secundum, aget gratias, & infinitas eius bonitati pro talibus Mysterijs responderet benedictiones. Tertium, aliquas particulares petet gratias, in modum sequentem. Aliquantisper igitur subsistet, in considerando aliquas circumstantias & puncta, in quibus maiorem senserit demotionem.

*Die Lune,*

**F**ACIET memoriam seu recordabitur Mysterij Incarnationis Domini & Visitationis B. Mariæ Virginis, cū profunda humilitate dicēdo: *Offertorio*

fero tibi æterne mi DEVS. ad  
honorem & gloriam tuæ im-  
mensæ Maiestatis, in meam, &  
totius mundi salutem, altum  
Mysterium Incarnationis Vni-  
geniti Filij tui, juxta æternum  
eternum decretum, pro mea, &  
totius mundi Redemptione,  
cum esset Deus, factus est ho-  
mo; cum esset æternus, factus  
est temporalis; cum infinitus,  
factus finitus; cum impassibi-  
lis, passibilis: cum immorta-  
lis, mortalis: cum Dominus,  
seruus; cum beatus, & glorio-  
sus, factus miser & in mundo  
despectus.

Offero tibi in super cœlestis  
Pater novē illos menses, qui-  
bus filius tuus in purissimo  
gloriosæ Virginis stetit utero:

D S &

& specialiter immensam illam  
Charitatem, Humilitatem, &  
Obedientiam, qua hoc opera-  
tus est Mysterium, ad tuam  
gloriam, in meam & totius  
mundi salutem. Et pro omni-  
bus gratias ago, te amo, &  
infinite benedico: precando  
ut per Mysterij illius merita,  
omnia mea mihi ignoscas de-  
licta, & gratiam perfecte te a-  
mandi concedas omnibus die-  
bus vitæ meæ.

Eodem præterea fine tibi  
quoque offero sanctissimum  
Mysterium Visitationis Glo-  
riosæ Virginis Mariæ, & spe-  
ciatim ardentem illam Chari-  
tatem, Humilitatem, & Prom-  
ptitudinem, qua illud longū  
& laboriosū suscepit iter, per  
aspera

*Celebrandi Missam.* 52

aspera Nazarethi montana,  
vsque in Iudæam, vt Elisa-  
bethæ famulæ tuæ inseruiret.

Gratam etiam tibi offero  
seruitutem & humilia obse-  
quia, quibus suæ cognatæ tri-  
um mensium spacio inserui-  
uit. De quibus gratias & be-  
nedictiones infinitas tibi red-  
do, supplicando, vt per eius  
merita, perfectam Charitatem  
erga meū proximum, prom-  
ptitudinem, & feruorem in-  
seruiendi omnibus eius neces-  
sitatibus, spiritualibus ac tem-  
poralibus, concedas, Amen.

*Die Martis.*

**R**ecordaberis Præsentatio-  
nis Christi, & Fugæ in Æ-  
gyptum, dicendo.

*Offe-*

*Oratio.*

**O**FFERO tibi æternę Patet.  
 ad honorem & gloriam  
 tuam, in meam & totius gene-  
 ris humani salutem, Mysteriũ  
 Præsentationis Vnigeniti Filij  
 tui in Templo: & Purificatio-  
 nem immaculatę Virginis Ma-  
 rię, quę etsi inter puras crea-  
 turas esset purissima: & per-  
 consequens, ad nullam puri-  
 ficationis obligata legem: in-  
 ter immundas tamen voluit  
 comparari mulieres, ac si Puri-  
 ficatione indiguisset, vt legem  
 impleret.

Offero tibi pariter sacratis-  
 simę Virginis amarum illum  
 dolorem, quem in suo virgi-  
 neo ac materno sensit corde,

quan-

*Celebrandi Missam.* 33

quando ei à iusto Simeone Fi-  
lij tui prædicta Passio & Mors,  
quod doloris gladius instar  
cultri transfixurus esset cor.  
Pro quibus omnibus tibi gra-  
tias ago, te amo, & benedico  
infinite: obsecrans per merita  
tã eximiã huius humilitatis,  
obedientiã, & tam acerbã af-  
flictionis: vt donetur mihi ve-  
ra humilitas, & summissa de  
meipso opinio, perfecta obe-  
dientia, tuis diuinis obtempe-  
randi mandatis, & intima seu  
cordialis meorum peccatorũ  
contritio.

Illius similiter laboriosam  
in Ægyptum offero fugam,  
longam itineris molestiam,  
internum dolorem & com-  
passionem, quam in suo corde

Bea-

Beatissima sc̄tiebat Virgo Maria, & Ioseph, videndo infantulum Iesum ad necem quæri.

Offero & illam extremam paupertatem, quam passi in Ægypto, non habendo quippiam, quo sese refocillarent; illos labores, quos integro septennio pertulerunt, in acquirendo victu, & amictu: laboriosum reditum quo de Ægypto reuersi in Nazareth.

Pro quibus omnibus immensas gratias ago, te benedico: petens per merita huius Mysterij, cunctorum meorum delictorum grande odium, & gratiam, omnem peccata fugiendi occasionem, & paupertatis amorem, Amen.

*Celebrandi Missam.* 65

*Die Mercurij.*

**R**euocabis in mentē Christi in deserto facta ieiunia sanctamque eius prædicationem, dicendo :

*Oratio.*

**O**ffero tibi o æterne Pater ad honorem & gloriam tuam, in meam & totius mundi salutem, quadraginta dierum ac noctium ieiunium Benedicti Filij tui in deserto: sitim ac famem quam inibi perpessus, eius inter siluestres bestias humi cubationem seu dormitionem, ex intimo corde eius emissa suspiria: sparsas ex purissimis eius oculis lachrymas: ardentissimas pro

totius mundi salute, & suis E-  
lectis, fufas orationes: mole-  
ftas à Dæmone toleratas ten-  
tationes. Pro quibus omni-  
bus gratias tibi ago, te infinite  
amo & benedico, petens per  
illius Myfterij merita pœnitē-  
tiæ amorem, mearum passio-  
num mortificationem, oratio-  
nis studium, & omnes meas  
tentationes vincendi fortitu-  
dinem. Præterea.

Offero tibi ô clementissime  
Domine, multos & graues il-  
lius prædicationis labores, ar-  
dentiffimum tuæ gloriæ, &  
salutis animarum zelum: fu-  
dores, moleftias, & quas per-  
peffus est fatigationes: o-  
dia, rancores, persecutio-  
nes, quibus eum scelerati Iu-  
dæi

dei infectati sunt. Itinera, discursus nunc in hunc; nunc in alium pro salute animarum discurrendo locum; in orationibus pernoctando.

Pro hisce omnibus infinitas tibi ago gratias, te amo, & benedico, petendo per merita predictorum ardentem zelum eius gloriæ, & salutis animarum: desiderium indefessè me affligendi, & exercendi per ea, nec non magnanimitatem, viriliter superandi omnes difficultates in tuo sancto servicio occurrentes, Amen.

*Die Iouis.*

**M**emor eris Capitularia  
& Deductiōis Christi ad

**Ab**

Annam, & contumeliarum,  
quæ fuere irrogatæ in domo  
Caiphæ dicendo:

*Oratio.*

**O**ffero tibi æterno Patri, ad  
tuum honorem & gloriã,  
in meam & totius mundi sa-  
lutem, crudeles percussiones  
indignissimas insultationes  
quibus impij Iudæi, in eum  
Unigenitum vñ Filium, quan-  
do in Horto ab illis captus: fu-  
nes, & catenas, quibus dicitur  
strictè, & contumeliosè fu-  
ligatus: pugnos, colaphos, &  
cæcium ictus, quibus illum  
impulerunt: enormes contu-  
melias & blasphemias, quas  
cum effutierunt: furorem

rabiem, quam contra illum e-  
uomuerunt: dilaniationes:  
quibus illum, inter ducendū  
ad Annam vexauerunt, Apo-  
stolorum fugam, Petri nega-  
tionem, Iudæ proditionem:  
impiam alapam quę in domo  
Pontificis impacta: inuictam  
patientiam, qua omnia ista  
tolerauit.

Pro quibus tibi gratias ago,  
te amo, & benedico, petens  
per horum dolorum merita,  
remissionem omnium mearū  
dissolutionum, gratiam qua  
tecum stem perfecta charita-  
te, & forti patientia alligatus,  
ad tolerandas alacriter, pro tuī  
amore, quæ mihi irrogabun-  
tur, iniurias.

to *Modus Deuotō*

Offero tibi pariter Domine  
omnes aspernationes, contu-  
melias & irrisiones, tota illa  
nocte, in domo Caiphæ illa-  
tas: impiam illam sententiam,  
qua illum Caiphæ blasphemum & reum proclamauit  
mortis: fœdissimū illud vela-  
men, quo sacri illius velati  
fuerunt oculi: Pugnos, alapas,  
impulsiones: & calcium per-  
cussiones: quando dixerunt  
illi: *Prophetiza nobis, quis te  
percussit.* Barbæ euulsiones,  
capillorumq; dilaniationes:  
contumeliosa verba, ignomi-  
niosam reditum mane ad Pi-  
latum, inuictam patientiam  
& mansuetudinem, qua su-  
stinuit hæc omnia. Pro qui-  
bus in *meas* gratias ago. *te*  
que

*Celebrandi Missam.* 61

que infinite benedico: petendo meipsum, ac mundanorum honorum verum contemptum, veram cæcæ obedientiam, qua Maioribus meis pro tuo amore in omnibus, quæ non cedunt in offensam tuam, promptè obtemperem, Amē.

*Die Veneris.*

**I**N mentem reduces spinarum coronationem, & Crucis ad montem Calvariarum baiulationem.

*Oratio.*

**O**ffero tibi o æterne Pater, ad tuum honorē & gloriam, ac in meam & totius mundi salutem, crudelem spiritum

neam Coronam, quæ violen-  
ter amabilissimi Filij tui capiti  
imposita: purpuream vestem,  
quam illi circumposuere: &  
arundinem eius manibus im-  
positam, irrisoriè, eum, vt Re-  
gem, salutâtes: arundinis per-  
cussiones, quibus fortius eius  
capiti coronam infixere. Irri-  
sorias genuflexiones ante eum  
factas, multos illi impingen-  
tes colaphos, foedissima in e-  
ius faciem eijcientes sputa, di-  
centes: *Aue Rex Iudæorum.*  
Probrosam à Pilato factam  
populo exhibitionem, qua di-  
xit Iudæis: *Ecce homo.* Cla-  
mores, quibus vociferati: *Tol-  
le, Tolle, Crucifige eum.*

Pro quibus gratias ago, re-  
amo, & benedico, depecan-  
do.

*Celebrandi Missam.* 63

do per harum pœnarum me-  
rita, meæ vanitatis, superbie,  
propriæ æstimationis, impa-  
tientie, & hypocrisis indul-  
gentiam, & gratiam, qua hoc-  
cipendam vana hominum  
iudicia, & humanos euincam  
respectus.

Offero similiter Domine  
contumeliosam, duobus jun-  
ctis latronibus, Crucis ad mō-  
tem Caluarie baiulationem :  
crebros præ nimia illius excru-  
ciati, dilaniati, & exanguis cor-  
poris lassitudine, lapsus : Per-  
cussiones, verbera, & impul-  
sus quibus cum suis calcibus  
resurgere, & gressus accelerare  
compulerunt : barbæ euulsio-  
nes, humi proiectus, & per sti-  
num montis protractus, in-

E. 4. iunio.

iuriosa, verba, quæ in eum e-  
uomuerunt, amaras lacry-  
mas, & luctuosos illius dilectæ  
Genitricis, gemitus, quibus  
eum profecuta, & dolendos  
planctus. Immensam charita-  
tem, humilitatem, patientiam  
& obedientiam, qua hæc om-  
nia pro tua gloria & nostra sa-  
lute tolerata. Pro quibus om-  
nibus infinitas gratiarum re-  
fero actiones, te amo, & bene-  
dico: per harum afflictionum  
supplicans merita, vt dones  
mibi Crucis amorem, toleran-  
tiæ feruorem in tuo sancto  
seruitio: gratiam amarè de-  
fendi meæ & proximorum  
delicta, Amen.

*Sabbato.*

**M**EMORIA repetes latus  
Christi lancea perfossam,  
& sacratissimum eius corpus  
de Cruce depositum, dicendo.

*Oratio.*

**O**ffero tibi o æterne Pater  
ad tuum honorẽ & glo-  
riam, in meam & totius mun-  
di salutem, crudelem diram-  
que lanceam, qua à Longino  
sacratissimum nostri Seruato-  
ris confossam est latus: pretio-  
sum eius inde abundanter ef-  
fusum sanguinem, aquam v-  
na cum eo emanantem: acer-  
bissimum dolorem, quem il-  
lius sacratissima inde sensit Pa-  
rens: Inhumanitatẽ, & ferita-

E 5 *IGNA,*

tem, qua verbis & factis in ei<sup>9</sup>  
ab impijs Iudæis sævitum est  
corpus. Pro quibus omnibus  
infinitas tibi animi rependo  
grates: obsecrans vt huius My-  
sterij virtute, omnium meorū  
corde, verbo, operer com-  
missorum donetur remissio,  
ac cor meum, omnibus impu-  
ris ac terrenis affectibus ema-  
cules, illudque eius sanctis in-  
spirationibus impleas. Offe-  
ro pariter tibi Domine illud  
tempus ac horas, quibus sa-  
cratissimum illud corpus af-  
fixum pependit in cruce, & ab  
illa fuit depositum. Offero il-  
lud sacrum corpus, totum ex-  
angue, aridum, attritum, vul-  
neratum, & cruentatum. Il-  
lam faciem pallore squalidam  
liti.

*Celebrandi Missam.* 67

liuidos oculos, sanguine plenos, & sputis obfitos. Caput sacrum totum spinis transfixum. Ob fellis amaritudinem afflictum. Pro quibus omnibus immensas gratias pendo, te amo, & benedico, summiſſe efflagitans, vt per huius Myſterij virtutem, mihi detur venia omnium prauarū ſenſualitatum & inclinationum, & vitioſarum mei corporis tractationum: concedaturq; mihi perpetua caſtitas, cū oſpeſiti virij abominatione.

*Die Dominica.*

**G**Loriosam Chriſti reſurrectionem, admirabilem eius Aſcenſionem, ac Sancti ſpiritus reſeſſionem, dicendo.

*Ora.*

**I**Nfinitas, immortalesque  
Trine & Vne Deus, tuæ Ma-  
iestati ago gratias, pro glorio-  
sa Redemptoris nostri Resur-  
rectione, & completo nostræ  
Redemptionis opere: & per  
consequens de crudelissima  
Sathanæ tyrannidis liberatio-  
ne, & Sanctorum Patrum in  
limbo ereptione: simul pro  
certa nobis data salutis conse-  
quendæ spe. Gratias etiam  
ago pro inæstimabili lætitia,  
& gaudio, quo Gloriosi Filij  
tui matrem Beatissimam, san-  
ctos Apostolos, & Discipulos  
gloriosis lætificasti apparitio-  
nibus. De omnibus immorta-  
les gratias ago, teque infinite  
benedico, atque per illius glo-

*Celebrandi Missam.* 69

riosae Resurrectionis virtutem  
summissè flagito gratiam, qua  
veteri homini, cum omnibus  
suis pravis concupiscentijs  
prorsus emoriar, & in nouam  
solidarum virtutum, sancto-  
rumque morum vitam resur-  
gam.

Gratias tibi ò æterne Pater  
pariter ago, pro glorioso Ser-  
uatoris nostri in cœlum ascen-  
su, & pro gloria ac honore,  
quo illum tuæ fecisti assidere  
dexteræ; nec non pro judicia-  
ria potestate concessa, qua ile-  
lum super omnes tam cœli,  
quam terræ, atq; inferni crea-  
turas, æquissimum constitui-  
sti arbitrum; pro misso S. Spi-  
ritu super Sanctos Apostolos,  
in sacratissimo die Penteco-

stes. Pro quibus omnibus infinitas persoluo grates, & benedictiones, tibi obsecrans per merita horum sacrorum mysteriorum, virtutem, & gratiam, qua omnes meos terrenos penitus retundam & perfundem affectus: & toto corde spirituales, & res amem cœlestes: quo Sancti Spiritus dignum efficiar habitaculum: cum omnibus eius donis ac gratijs: donec simul cum ipso Christo regnare merear in æterna gloria, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Habita jam supradictorum Mysteriorum memoria, juxta cuiusque diei distributionem, poterit sequentes subiungere orationes, quia plenæ optimis

affe-

affectibus, & substantialibus  
ac meritorijs actibus refertæ.

*Oratio S. Ioannis Chrysofomi  
ante Sacrum.*

**D**omine Deus noster, emitte  
te manum tuam de san-  
cto habitaculo tuo, & corro-  
bora me ad propositum Mini-  
sterium tuū, ut citra condem-  
nationem assistam metuendo  
Altari, & immaculatum Sacri-  
ficium peragam, & nunc &  
semper, & in sæcula sæculo-  
rum, Amen.



*Alia*

*Alia Oratio devotissima ante:  
Sacrum recitanda.*

*Ex Thoma de Kempis.*

**D**omine Iesu Christe, in  
simplicitate cordis mei  
offero me ipsum tibi hodie in  
seruum sempiternum, in ob-  
sequium, & sacrificium laudis  
perpetuæ. Suscipe me cū hac  
sancta oblatione tui preciosi  
Corporis & Sanguinis, quam  
tibi hodie in præsentia Ange-  
lorum invisibiliter assistenti-  
um offero, vt sit pro me, & pro  
cuncto populo tuo in salutē.  
Domine, offero tibi omnia  
peccata, & delicta mea, quæ  
commisi coram te, & sanctis  
Angelis tuis, à die, quo pri-  
mum.

num peccare potui, vsque ad  
diem hanc, super placabili al-  
tari tuo; vt tu omnia pariter  
incendas, & comburas igne  
charitatis tuæ, & deleas vni-  
uersas maculas peccatorum  
meorum, & conscientiam me-  
am ab omni delicto emundes,  
& restituas mihi gratiam tuã,  
quam peccando amisi; omnia  
mihi plenè indulgendo, & in  
osculum pacis me misericor-  
diter assumendo. Quid pos-  
sum agere pro peccatis meis,  
nisi humiliter ea confitendo,  
& plorando, & tuam propitia-  
tionem incessanter deprecando;  
Deprecor te, exaudi me,  
propitius Deus meus: omnia  
peccata mea mihi maximè di-  
splicēt; nolo ea vnquam am-  
F plus

plius perpetrare : sed pro eis  
doleo, & dolebo quamdiu vi-  
xero, paratus pœnitentiam a-  
gere, & pro eis posse satisfacere.  
Dimitte mihi Deus, dimitte  
mihi peccata mea : propter  
nomen sanctum tuum salva  
animam meam, quam pretio-  
so sanguine tuo redemisti. Ec-  
ce committo me misericordie  
tuæ : resigno me in manibus  
tuis. Age mecum secundum  
bonitatem tuam, non secun-  
dum meam malitiam, & ini-  
quitate. Offero etiam tibi  
omnia bona mea, quamvis  
valde pauca, & imperfecta, ut  
tu ea emendes, atque sanctifi-  
ces, & ea grata habeas, & ac-  
cepta tibi facias : & semper ad  
meliora trahas, nec nō ad bea-  
tum

*Celebrandi Missam.* 75

• tum, & laudabilem finem me-  
• pigrum, & inutilem homun-  
• tionē perducas: Offero quo-  
• que tibi omnia desideria de-  
• uotorum, necessitates paren-  
• tum, fratrum, propinquorum  
• amicorum, omniumque cha-  
• rorum meorum, & eorum,  
• qui mihi, vel alijs, propter a-  
• morem tuum benefecerunt,  
• & qui orationes, & Missas, pro  
• se suisque omnibus diebus à me  
• desiderauerunt, & petierunt,  
• siue in carne adhuc uiuant, si-  
• ue jam sæculo defuncti sint;  
• ut omnes sibi auxilium gratiæ  
• tuæ, opem consolationis, pro-  
• tectionem à periculis, libera-  
• tionem à pœnis aduenire sen-  
• tiant, & ut ab omnibus malis  
• erepti, gratias tibi magnificas

læti persoluant. Offero etiam  
tibi preces, & hostias placatio-  
nis pro illis specialiter, qui me  
in aliquo læserunt, contrista-  
uerunt, aut vituperauerunt,  
vel aliquod damnum, & gra-  
uamen intulerunt. Pro his  
quoque omnibus, quos ali-  
quando contristavi, contur-  
bavi, grauavi, & scandalizavi  
verbis, factis, scienter & igno-  
rante; vt nobis omnibus pa-  
riter indulgeas peccata nostra  
& mutuas offensiones. Aufer,  
Domine, à cordibus nostris o-  
mnem suspicionem, indigna-  
tionem, iram, & dissensionem,  
& quicquid potest charitatem  
lædere, & fraternam dilectio-  
nem minnere. Misere, Do-  
mine Iesu Christe, misericor-  
diam

*Celebrandi Missam.* 77

diam tuam poscentibus, da gratiam indigentibus, & fac nos tales existere, vt simus digni gratia tua perfrui, & ad vitam proficiamus æternam, Amen.

Post hanc orationem subiungas etiam hanc, ad quam Gregorius Papa XIII. quinquaginta annorum Indulgentias concessit.

*Alia Oratio ante Sacram.*

**E**GO volo celebrare Missam, & conficere Corpus, & sanguinem Domini nostri IESU Christi, juxta ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ad laudem omnipotentis Dei, totiusque Curie triumphantis, ad vel-

F 3      lita

litate[m] meam, totiusque Curia[m] militantis, pro omnibus, qui se commendauerunt orationibus meis in genere, & in specie, & pro felici statu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Amen.

Gaudium cum pace, emendationem vitæ, spatium veræ poenitentia[m], gratiam, & consolationem Sancti Spiritus perseverantiam in bonis operibus, tribuat nobis omnipotens, & misericors Dominus, Amen.

Post antedictas orationes commendabis te Sacratissimæ Virgini Mariæ recitando seu orando Hymnum *Ave maris stella, &c.* vel *O gloriosa Do-*

*Celebrandi Missam. 79*

*mina, &c. vel sequentem D.  
Bernardi orationem.*

*Oratio ad B. Virginem.*

**P**ER te accessum habeamus  
ad Filium, ô benedicta In-  
uentrix gratiæ, Genitrix vitæ,  
Mater salutis, vt per te nos su-  
scipiat, qui per te datus est no-  
bis. Excuset apud ipsum in-  
tegritas tua culpã nostræ cor-  
ruptionis: & humilitas D E O  
grata nostrę veniam impetret  
vanitati: copiosa charitas tua  
nostrorum operiat multitudi-  
nem peccatorum: & foecun-  
ditas gloriosa, foecunditatem  
nobis conferat meritorũ. Dô-  
mina nostra, Mediatrix no-  
stra, Aduocata nostra, tuo Fi-

lio nos reconcilia, tuo Filio  
nos commenda, tuo Filio nos  
repræsenta. Fac, ô benedicta,  
per gratiam quã inuenisti; per  
prærogatiuam, quam merui-  
sti; per misericordiam, quam  
peperisti; vt qui, te mediante,  
fieri dignatus est particeps in-  
firmitatis, & miseræ nostræ,  
te quoque intercedente, parti-  
cipes faciat nos gloriæ, & bea-  
titudinis suæ, Iesus Christus  
filius tuus Dominus noster  
qui est super omnia. Deus be-  
nedictus in sæcula, Amen.

Postea recommendabis te  
pariter omnibus Angelis &  
cunctis coeli incolis, præsertim  
verò Patronis, seu tutelariibus  
Sanctis, submissè illorum im-  
plorando auxilium, quo di-  
gac

*Celebrandi Missam.* 81

gnè tantum tamq; augustum  
Deo possis offerre Sacrificiū,  
dicendo:

*Oratio ad omnes Angelos, &  
Sanctos.*

**A**ngeli, Archangeli, Thro-  
ni, Dominationes, Prin-  
cipatus, Potestates, Virtutes  
cœlorum, Cherubim, atq; Se-  
raphim: omnes Sancti, & San-  
ctæ Dei, & præsertim patroni  
mei, intercedere dignemini  
pro me, vt hoc Sacrificiū Deo  
omnipotenti dignè valeam  
offerre, ad laudem, & gloriam  
nominis sui, & ad utilitatem  
meam, totiusque Ecclesiæ suæ  
sanctæ, Amen.

*Dictis hisce vel similibus*

*Oratio*

orationibus, procedes ad Ecclesiam, accito assumptoque vna tecum tuo Angelo custode, & illius inuocando opem, poteris inter eundem quartū Psalmum Pœnitentialem (*Miserere*) legere pro tuis peccatis.

Ingressus Ecclesiam si in ea conseruabitur sanctissimum Sacramentum, perges adoratum illud, dicendo ter Pater, & Ave Maria. Primum offeres Diuinitati: secundum Sanctissimæ Animæ: tertium sacrosancto Iesu Christi Corpori, inibi in Sacramento præsentem, vel ad honorem eius sacratissimæ Passionis, sequentem recitabis orationem, dicendo:

*Oratio*

*Oratio ad Dominum Iesum  
Christum.*

**D**EVS, qui pro redemptione mundi, voluisti nasci, circumcidi, à Iudæis reprobari, à Iuda traditore osculo tradi, vinculis alligari, sicut Agnus innocens ad victimam duci, atque conspectibus Annæ, Caiphæ, Pilati, & Herodis indecenter offerri, falsis retribus accusari, flagellis, & opprobrijs vexari, sputis conspui, spinis coronari, colaphis cædi, arundine percuti, facie velari, vestibus exui, cruci clavis affigi, in cruce leuari, inter latrones deputari, felle, & aceto potari, lancea vulnerari. Tu Domine, per has sanctissimas poenas,

penas, quas ego indignus reco-  
 colo, & per sanctā Crucem, &  
 mortē tuā, libera me à pœnis  
 Inferni & concedere digneris,  
 vt Sactificium, quod ad lau-  
 dem nominis tui offerre intē-  
 do, sit mihi in remissionem  
 peccatorum, augmētum gra-  
 tia, & præmium vitæ æternæ,  
 Amen.

Postea te præparabis ad Sac-  
 erum, sacerdotalia sumens ve-  
 stimenta, recordaberis fasciæ,  
 quā Iesu Christi fuerunt vela-  
 ti oculi: albi indumenti, quo  
 stulti ad instar fuit illusus, fu-  
 nium, quibus tam in Horto,  
 quam ad coluarnam fuit liga-  
 tus, & purpureæ vestis, qua  
 fuit illusus, vt fictus rex.

Accedendo ad Altare, re-  
minisceris Domini, quando  
Cruce humeris imposita, per-  
rexit ad montem Caluarie, ve-  
ibi Cruci affigeretur.

*Observationes tempore  
Missæ.*

1. **A**D altaris descendens pe-  
dem, antequam sacro-  
sanctam ordieris Missam, tuã  
ad Deum eleuabis mentem, ac  
denuo de nouo æterno Patri  
hoc offeres Sacrificium, in v-  
nitione immensi illius amoris,  
quo vnigenitus eius Filius, se-  
metipsum obtulit in ara Cru-  
cis.

2. Incipies Missam voce me-  
diocriter alta, benè, distinctè.

& non multū festinanter pronun-  
 ciando verba, obseruan-  
 do ceremonias tempori con-  
 gruas, cum gravitate, deuo-  
 tione, & circumstantium ædi-  
 ficatione, vti in Missalis anno-  
 tatae rubricis.

3. In primo *Memero*, præter  
 tuas obligationes, varias po-  
 teris Domino recommendare  
 necessitates, per hebdomadā  
 sequenti modo distributas.

*Dominica* Summum Ponti-  
 ficem, omnes Ecclesiæ Catho-  
 licæ, & præcipuè huius Diœ-  
 cesis & Ciuitatis Pastores, ac  
 Prælatos.

*Die Luna.* Omnes Princi-  
 pes Christianos, vt inter sese  
 cõcordent, & Catholicam ze-  
 lent Religionem.

*Die*

*Celebrandi Missam.* 87

*Die Martis.* Omnes & maximè huius Ciuitatis aut loci Gubernatores & Magistratus, vt pacis ac iustitiæ sint amatores.

*Die Mercurij.* Omnes in Christi vinea operarios, vt animarum zelent salutem.

*Die Iouis.* Omnes Ecclesiasticos Ordines, vt sancti sint præbeantq; sese exemplares.

*Die Veneris.* Omnes Peccatores, Hæreticos, & fideles, vt conuertantur ad Dominum.

*Sabbatho.* Omnes justos, vt in bono vsque in finem perseuerent.

4. Iam iam consecraturus hostiam, priusquam Consecrationis pronuncies verba, mē-  
tali-

saliter sic renouabis intentionem.

Cum illa, Domine IESV Christe, humilitate, charitate, & intentione, quam habuisti, & Sancta Catholica habet etiamnum Ecclesia, eadem in hac actione, tua omnipotentia pronuntiabo verba: *Hoc est, &c.*

Eodem affectu consecrabit Calicem &c.

5. In actu Adorationis, peracta jam Consecratione, Domino offeres toto corde in sacratissima Hostia presenti, eodem Adorationis actus: quibus illum in Coelo, & in terra omnes Sancti, ac vniuersa Catholica adorat Ecclesia. Id ipsum toties facies, quories a-

liquem adorationis exhibebis  
cultum seu actum.

6. Eleuando in altum sacra-  
tissimam hostiam, forti Fide,  
& profunda humilitate ac re-  
nerentia, æterno illam offeres  
Patri, atque vna teipsum, in  
perpetuum Holocaustum ad  
suam gloriam, recõmendando  
illi finem ad quem applica-  
tur Missæ Sacrificium.

Idem facies etiam in eleua-  
tione Calicis, illum offerendo  
magno affectu in tuorum de-  
lictorum remissionem, ac to-  
tius mundi salutem.

7 In secundo *Memento* præ-  
ter illos vita functos, quibus  
aliquo titulo obligatus es o-  
rare quotidie, & commendare  
Domino sequentes poteris.

G per

per singulos itidem hebdomadæ dies assignatos.

*Dominica* die Defunctos tuos Parentes, consanguineos & affines.

*Die Luna.* Illos defunctos à quibus aliquo modo beneficia tibi impensa sunt.

*Die Martis.* Illos, qui quocumque modo, dum viuerent, re offenderunt vel persecuti fuerunt in vita sua.

*Die Mercurij.* Vita functos, quos tu quomodolibet offendisti, vel in illorum vita persecutus es.

*Die Iouis.* Defunctos, pro quibus nullæ speciales funduntur preces.

*Die Veneris.* Illos qui diu.

turniore tempore Purgatorio  
igne detenti fuerunt.

*Sabbato.* Illas animas, quæ  
citius de purgantibus flammis  
educendæ.

8. Accepturus manu Hosti-  
am, mente Domino, immacu-  
latarum manuum sacratissi-  
mæ eius Matris offeres purita-  
tem, quibus ab illa lætè exce-  
ptus infans fuit.

9. Sacrosanctam accepturus  
Hostiam paulisper subsistens,  
viua fide, Domino Iesu, in illa  
verè præsentis, profundæ ado-  
rationis exhibebis actum: of-  
ferendo illam viua fide, hu-  
militate, charitate, & sanctita-  
te, qua Sacratissima eius Geni-  
trix eum in terra suscepit: &  
qua illum omnes eius susce-

G. 2. perus.

perunt Electi, atq; etiamnum Sancta Catholica suscipit Ecclesia, in supplementum summæ tuæ imperfectionis, & spiritualis paupertatis.

Accipiendo Calicem, similiter corde profundam pretiosissimo Sanguini, pro tuis fuso peccatis, facies adorationem, supplicabisque, eius meritis & virtute, tibi donari humilem omnium offensarum indulgentiam, & ardentem servitius honoris, & animarum salutis zelum.

10. Si alijs sacram distribues Communionem, mentis oculos diriges ad immensam Unigeniti Filij Dei Charitatem, & Humilitatem: qua seipsum indifferenter omnibus, pro illorum

rum salute dedit in cibum, & inter distribuendum, in eius sacris vulneribus, intimo cordis affectu communicantium Deo commendabis animas.

*Gratiarum actiones post  
Sacrum.*

**P**ER quartam horæ partem recolliges te intra te ipsum, & ibidem ac si præsentem videres IESVM Christum, qui jam sumptione diuini Sacramenti, introgressus in te, sequentes exercebis actus.

Primò, tanquam tuo vero DEO ac Domino, profundæ Adorationis præstabis actum.

Secundò, Gratiarum actionis, pro tanto beneficio.

Tertiò , amoris exhibebis actum.

Quartò , Contritionis tuorum delictorum,

Quintò, oblationis tui ipsius, ac totius tuæ vitæ.

Sextò , varias, hoc vel simili modo efflagitabis gratias.

*Oratio in qua supradicti continentur actus.*

**C**Lementissime Domine Iesu Christe vnice Seruator meus, toto & intimo corde te adoro ; & pro tanto beneficio immensas gratias ago. Et quia omni dignus es amore , supra omnia te amo : & doleo sic, quod non quantum mereris te amauerim, nec amem. Et

*Celebrandi Missam.* 93

in locum huius defectus, illas  
tibi offero adorationes, gra-  
tiarum actiones, beneuolen-  
tiæ, nec non amoris, reueren-  
tiæ, & gratitudinis affectus,  
quibus te tua sacratissima cō-  
plexa est Mater, & omnes San-  
cti ac serui tui, quosque tibi  
vnquam tui persoluerunt, at-  
que etiamnum in Cœlo, vna  
cum vniuersa Ecclesia Catho-  
lica tua Sponsa, persoluunt.

Doleo super omnia mi Do-  
mine, quod quomodocum-  
que te offenderim, & summo-  
pere displicet mihi, quod non  
tantum doleam quantum tua  
Bonitas requirit & Maiestas  
per tuæ sacratissimæ Passionis  
virtutem cunctorum offensa-  
rum summisè deprecor veni-

am, & remissionem. Offero  
cum eadem quoq, meipsum,  
omnesque quos exantlavi, &  
quos per omnem meam vitā  
exantlaturus labores; & quic-  
quid sum perpeffurus, in satis-  
factionē, & remissionem om-  
nium meorum peccatorum  
& vti infinitæ tuæ Bonitati &  
Clementiæ cōfido, quod om-  
nes meas mihi remissurus  
fis noxas, ita humiliter insu-  
per precor, vt emendandi, &  
vsque in finem in tuo sancto  
seruitio perseuerandi, con-  
cedas gratiam, A-  
men.

*Varia à D. Iesu Christo efflagi-  
tanda in Sacra Communione  
gratia, secundum varios, qui  
illi conveniunt, Ti-  
tulos.*

**Q**UIA igitur varij sunt titu-  
li, qui Christo Domino  
conveniunt, dulce erit, nunc  
sub vno, jam sub altero illum  
accedere, & varias Titulis cō-  
petentes postere gratias. Ex-  
empli causa,

*Tanquam Patri igitur  
dicet.*

**O** Domine Iesu Christe,  
amabilissime Pater a-  
nimæ meæ, toto corde depre-  
cor remissionem modici a-  
G. 3. mo-

moris, timoris, reuerentiæ, & obedientiæ quam tibi huc usque exhibui.

2. Precor gratiam amandi te in posterum, amore & timore filiali, & reuerentiali, cum obedientia, tuis diuinis obtemperandi præceptis, & sanctis inspirationibus, & mei status obligationibus.

3. Gratiam, tuarum imitandarum virtutum.

4. Gratiam perfectè resignandi me in omnibus in æternum tuo beneplacito.

*Sicuti Adlocato.*

1. **B**ENIGNISSIME Domine Iesu Christe, qui per infinitam tuam misericordiam, apud

apud æternum Patrem, te me-  
um Aduocatum constituere  
dignatus es, intimo tibi corde  
supplico, vt apud eundem  
perfectam meorum delictorū  
contritionem, & remissionem  
impetres.

2. Gratiam perfectæ emenda-  
tionis & sanctæ conuersatio-  
nis à Diuina Maiestate.

3. Perseuerantem in tuo  
seruitio permanendi gratiam,  
& in sanctis continuandis o-  
peribus.

4. Finaleme meæ animæ sa-  
lutem.

*Vti Magistro.*

**D**ulcissime Domine IESV  
Christe, vnice & vere ani-  
mæ meæ Magister, per tuæ  
pie-

pietatis viscera obsecro, vt doceas me semper tuam sanctissimam & justissimam in omnibus facere voluntatem : & directè, per tuorum sanctorum mandatorum & mearum obligationum, gradi viam.

2. Doceas me fugere, & abominari omne delictum, cunctasque amare & amplecti virtutes, atque in ijs quotidie magis magisque proficere, & omnem à me eliminare negligentiam & teporem.

3. Vt instruas me optimè & deuotissimè fundere preces, melius perfectiusque sacræ deseruendi mortificationi, omnesque patienter sufferre tentationes atque aduersitates.

*Tanquam Iudici.*

**O**bnixè peto ô misericor-  
dissime Domine IESV  
Christe, justissime Iudex, gra-  
tiam probè ac syncerè dijudi-  
candi meipsum, omnesque  
meas, in præsentî vita, citra a-  
liquam meorum peccatorum,  
defectuúmqu; palpatiõem, di-  
scutiendi actiones: sed purè  
cum vera contritione, & satis-  
factione illa cõfitear, ne post à  
te perpetuæ adiudicer morti.  
2. Precor quoque in hac vita,  
mea castigari peccata, potius  
quam in altera reseruari ca-  
stiganda.

*Sicuti Medico.*

**O**bscuro Domine Iesu, elementissime animæ meæ Medice, per tuæ acerbissimæ Passionis merita, cuncta animæ meæ sanes vulnera, omnesq; meas cures infirmitates, intellectum meum illumines: voluntatem ad tuum, & virtutum amorem inflâmes, memoriam à phantasmatis, & pravis cogitationibus expurges.

*a.* Libera me Domine, à pravis meis habitibus, & inordinatis passionibus: & præcipuè ab illis ad quas magis inclinatus sum, quibusq; fortius impugnor, & affligor.

3. Præserua me Domine, à vitiorum corruptione & putredine: & cohibe tua omnipotenti gratia impetum meæ prauæ concupiscentiæ, & sub rationis tuæque diuinæ legis imperio contine, ne præualere contra spiritum possit.

*Tanquam Pastori.*

**R**Ogo te pie Domine IESU  
Christe, vigilantissime animæ meæ Pastor, intimo cordis affectu, vt animam meam, donorum, & cælestium gratiarum pascas abundantia.

a. Effice supplico, vt spiritualium rerum Verbi Dei, frequentationis Sacramentorū, maximè SS. Sacr. Altaris, & operum

perum misericordiæ experias  
virtutem & efficaciam.

3. Obtestor præterea in me  
omnium terrenarum & sen-  
sualium voluptatum, & vani-  
tatis mundanæ odium.

4. Vt me contra omnes Dæ-  
monis tuearis insidias, donan-  
do fortitudinem vincendi om-  
nes, mortis præcipuè tem-  
pore, tentationes,

*Vitæ Glorificatori.*

**P**Recor gloriosissime Domi-  
ne Iesu Christe, vnice ani-  
mæ meæ Sanctificator, & Glo-  
rificator, vt per merita virtu-  
tum tui pretiosi sanguinis, mi-  
hi efficacem gratiam dones,  
cunctis meæ vitæ diebus tibi  
fide-

*Celebrandi Missam.* 105

fideliter seruiendi, & superan-  
di viriliter omnes difficulta-  
tes, in via diuini tui seruitij  
occurfuras: quò tandem te-  
cum coelestis gloriæ merear  
reddi particeps, Amen.

*Mysteria vite ac Passionis Iesu  
Christi Domini nostri, post  
Missam consideran-  
da.*

*Die Lune.*

**R**ecordaberis Natiuitatis &  
Circumcisionis Domini,  
eodem modo quo supra di-  
ctum ante Sacrum, orando  
humili & intimo cordis affe-  
ctu hoc, qui sequitur modo.

**H** Ora-

*Oratio.*

OFFERO tibi æterne Pater,  
 ad tuum honorē, & glo-  
 riam, in meam ac totius mun-  
 di salutem, Myſterium Nati-  
 vitatis noſtri Redemptoris,  
 Offero exactam illam obediē-  
 riam edicto Cæſaris Auguſti  
 exhibitam, difficultates lon-  
 gi & laborioſi itineris Naza-  
 retho Bethleemum: angorem  
 cordis puriſſimæ Virginis Ma-  
 tris, & S. Joſephi, eò quod illi  
 in diverſorio deeſſet locus:  
 horridum tugurium, in quod  
 ſe receperunt: extremam, quā  
 ibidem paſſi omnium rerum  
 penuriam: præſepe & durum  
 fœnum, quo lecti loco uſi,  
 pro tenerriſſimo nato infantu-  
 lo, toleratum frigus, ſuſas la-  
 chry.

thrymas & planctus, & nuditate, quam in tam patulo loco perpessi sunt.

Pro quibus omnibus immortales ago gratias, te amo & infinite benedico, obsecrans virtute huius Mysterij, vt mihi dones veniam omnium meorum inobedientiarum in tuis diuinis mandatis, inspirationibus, & meis obligationibus commissarum, omnium meorum sensualitatum, superfluitatum, & libidinum: & de cetero gratiam tibi seruiendi cum vera obedientia, humilitate, Crucis amore, nec non & perfecta diuinæ tuæ voluntatis resignatione.

Offero tibi pariter Domine dolorosam tui innocens Filij

Circumcisionem, profundam  
humilitatem, qua se peccati  
legi subdidit: acerbissimos do-  
lores, quos in illa Circumci-  
sione perpeffus: Sanctiffimas  
carnes amputatas: pretiofiffi-  
mum effufum fanguinem: la-  
chrymas quæ illius tenellis e-  
miffæ oculis: vna cum Sancta  
Matre & S. Iofepho. Pro om-  
nibus hifce immenfas ago gra-  
tias, te amo, & infinitè benedi-  
co humiliter petens, vt meri-  
to huius Myfterij, detur mihi  
omnis meæ fuperbiæ, omniũ-  
que mearum tam mentis quã  
corporis, impuritatum, remis-  
fio: & in posterum conceda-  
tur gratia, humilius, purius ca-  
ftius viuendi, omneque op-

positum abominandi vitium,

*Die Martis.*

**M**emoria repetes triduanam in Templo amissionem: & à Salvatore vsque ad trigesimum annum suis parētibus exhibitam subiectionem.

*Oratio.*

**O**ffero tibi æterne Pater ad tuum honorem & gloriam, & in meam totiusq; mundi salutem: luctuosam Seruatoris nostri triduanā in Templo amissionem: acerbum dolorem, quem senserunt, & obortas amaras illas lachrymas quando Sanctissima Mater, &

Ioseph illum animaduenterunt  
 amissum: Solitudinem, qua  
 ab ijs fuit quæsitus: Noctes  
 planctu, gemitibus, suspirijs  
 ductas insomnes: ardentissi-  
 mum zelum gloriæ & hono-  
 ris, ob quem triduo inter Do-  
 ctiores moratus in Templo.  
 Necessitatem, egestatem, qua  
 isto temporis spatio pressus:  
 Emendicatum ostiatum, pro  
 sui corporis alimento panem:  
 humi cubitum, quo istis no-  
 ctibus supra nudam terram  
 sub dio carpsit somnum.

Pro omnibus hisce gratias  
 ago, & te infinite benedico,  
 summissè efflagitans, vt meri-  
 to huius Mysterij, mihi conce-  
 datur venia, quod toties im-  
 piè scelerateque per delicta te  
 ami-

*Celebrandi Missam.* III

amiserim, petoque vnà gratiã  
toro corde deinceps te quæ-  
rendi, amandi, atque vsque in  
finem constanter & fideliter  
tibi seruiendi.

Offero tibi similiter Domi-  
ne Pater, filij tui promptissimã  
obedientiam, & humillimam  
subiectionem, qua suæ Sacra-  
tissimæ Matris, & sancti Ioseph  
sui putaticij patris obsecunda-  
uit, paruitq; mandatis, vigi-  
lias, pœnitētijs, quas isto tem-  
poris interuallo fecit: corpora-  
les labores, quos vnà cū S. Ioseph  
suo putaticio parente, pro-  
conquirendo victu exercuit.  
De omnibus gratias ago, amo  
& infinitè benedico, & humil-  
limè rogo, vt huius virtute  
Mysterij, omnium mearum

inobedientiarum, & irreuerentiarum meis parentibus & Maioribus factarum, condonetur venia : vnaque detur gratia me humiliandi, & omnibus pro tuo amore me subijcendi.

*Die Mercurij.*

**R**Educes in memoriam augustissimi Sacramenti altaris institutionem, & Christi agoniam in horto.

*Oratio.*

**O**ffero tibi æterne Pater, ad tuum honorem & gloriam, & in meam & totius mundi salutem, amabilem diuini Sacramenti sub vltima Coena  
Sal-

Saluatoris nostri Institutionē.  
Ardentissimam Charitatem, &  
altrissimum finem, quo hoc in-  
stituit, & in sui memoriam fa-  
cere sanxit. Singularissimum,  
præcellentissimum, humilita-  
tis actum, quo suorum Disci-  
pulorum, & sui quoque pro-  
ditoris Iudæ pedes abluit, &  
linteo terfit: Indicibile tor-  
mentum, quod ex Iudæ pro-  
ditoris delicto & exitio in cor-  
de illius obortum. De hisce  
omnibus gratias ago, te amo,  
& infinitè benedico: enixè fla-  
gitans, huius Mysterij meritis,  
condonationem meæ modi-  
cæ exiguæque præparationis,  
deuotionis, & reuerentię, qua-  
cum ad hoc diuinum Sacra-  
mentum accessi, illudque in

Altari tuæ Maiestati obtulisti: simul perens, vt me famehicum hac cælesti alimonia, cum fructu, & animæ meæ salute pascere digneris.

Offero pariter Domine illius progressum in Hortum: laborem & cordis angorem quem suis intimaui Discipulis. Trinam orationem, qua prostratus in terram, tertio Patri, pro translatione calicis supplex factus. Amarissimam agoniam qua præ nimia anxietate cordisq; pressura, a qua sanguine mixta, sudor sic copiosè effluxit, vt circumcirca inde tota madefacta fuerit tellus: Perfectissimam resignationem, qua se in æternum tuum beneplacitum resignavit:

Prom-

*Celebrandi Missam.* 115

Promptum suis hostibus ob-  
uiam factum occursum, & se  
capiendi permissam facultatē.  
De omnibus hisce gratias ago  
te amo & infinitè benedico:  
petendo per virtutem huius  
Mysterij magnanimitatem in-  
fractumque animum in om-  
nibus aduersitatibus & tribu-  
lationibus: & fortitudinem  
superandi tentationes omnes,  
tam in vita quàm & mortis  
tempore, meque perfectè resi-  
gnandi ad tuam diuinam vo-  
luntatem in omnibus rebus.

*Die Iouis.*

**R**Ecoles memoria Illusio-  
nem Seruatoris nostri, qua  
illum Herodes alba indutum

ueste vt stultum spreuit: & luctuosam ad collumnam Flagellationem.

*Oratio*

**O**ffero tibi æterne Pater ad tuum honorem & gloriã, in meam totiusque mundi salutem, indignissimũ facinus, quo vnigenitum tuum Filium Herodes alba opertum ueste, stulti ad instar spreuit; indignissimos protrusionis ictus, & verbera, quæ illi per Hierosolymitanæ vrbis plateas & compita à Iudæis illata, modò in cænum & spurca loca supinum proijciendo; modo calcibus perurgendo, nunc per terram trahendo, nunc illum  
stoli-

*Celebrandi Missam.* 117

stolidum & stultum, & alijs  
contumeliosis verbis compellendo. Pro quibus infinitas  
gratias ago, amo, teque benedico, deprecans omnium meorum  
insipientiarum veniam; & flagitans gratiam, abominandi stultam mundi sapientiam; & intimo corde amandi contemptum & illusiones: ita ut nil amem seu gustem aliud, præterquam te, & quæ tua sunt.

Offero pari modo Domine Pater, Filij tui crudelem, & probrosam ad columnam Flagellationem: millia dirè inflicta verbera, liuores, & virginalis illius carnis dilacerationes: pretiosissimū Sanguinem copiosè per terram profluentem.

tem: indicibilè dolorè & tormentum, quod inde exortum. Verecundiam, quæ illi oborta, quando nudus ante luporum rapacium stetit conspectum: horrendas blasphemias, quibus ab illis exceptus, ceteramque barbaricam, qua illū diuexarunt, crudelitatem. Pro omnibus hisce gratias ago, amo, teque infinitè benedico, supplicans per merita huius Mysterij, pro omnium mearum impuritatum, & sensualitatum remissione, totius meæ transactæ vitæ remissione: simul & gratiam deinceps purè, & immaculatè coram te in diuino tuo conspectu viuendi, vt perfectè meam spiritui subigam

igam carnem, tuæque diuinæ  
subiiciam legi, Amen.

*Die Veneris.*

**H**Abebis memoriam diræ  
Crucifixionis, & acerbæ  
Mortis Seruatoris nostri, di-  
cendo:

*Oratio.*

**O**ffero tibi ô æterne Pater  
ad honorem & gloriam  
tuam, in meam & totius mun-  
di salutem, acerbissimam & i-  
gnominiosissimam, tui inno-  
centissimi Filij supra montem  
Caluarie in Crucem suffixio-  
nem suis actionem: impiam  
eius sacrarum vestium spolia-  
tionem atque extractionem,  
qua

qua ipsius vulnerum renouatus dolor. Sacratissimas eius manus, ac pedes clavis transfixos; acerbam crucis in altum elevationem: illam quam in ea perpeffus sensit dolorum abyffum: vndas riuosque sanguinis ex sacratissimis vulneribus in terram decurrentes: Excessuum ingentem, quem ex tam funesto viso spectaculo Sacratissima mater in corde persensit, dolorem, juxta Crucis stando pedem.

Pro omnibus hisce immortales gratias ago, amo, teque benedico, petens gratiam crucifigendi sensus, & omnia mea membra, carni & mundo, per veram omnium mundanarū,  
&

& falsarum vanitatum abnegationem.

Offero similiter Domine, illam excessivæ Charitatis orationem, qua te Patrem pro suis oravit crucifixoribus: Magnam illam desolationem, & derelictionem, qua omni humano & diuino fuit destitutus solatio, ardentem magnam sitim qua laboravit; & siti sedandæ amarum illi bibendum porrectum fel. Dulcem recommendationem, qua suam sacratissimam Ioanni commendavit Matrem: & Ioannem commendavit Matri: Liberalem promissionem, qua pœnitenti latroni spondit Paradisum. Et postremò eam recommendationem qua affli-

I      tissi-

Etissimum suum in manus Pa-  
tris commendavit spiritum &  
animam, atque hoc modo to-  
rum Redemptionis nostræ ab-  
so fuit completum opus. De  
quibus gratias ago, te amo &  
infinite benedico: supplican-  
do per merita huius acerbissi-  
mæ Passionis & Mortis, vt pec-  
catorum tribuatur remissio,  
& concedatur gratia, prom-  
ptè pro tuo amore, etiam cun-  
ctas mihi à proximis tam viuis  
quam in sancta tua gratia de-  
functis illatas iniurias condo-  
nandi atque in tua sancta gra-  
tia viuendi atq; moriendi.



*Sabbato.*

**H**Abebis memoriam Sepul-  
turæ Domini Iesu Christi,  
& planctus quo illum planxe-  
runt Mariæ.

*Oratio.*

**O**ffero æterne Pater ad tu-  
um honorem, & gloriam  
ac in meam & totius mundi  
salutem: funebrem tui Filij,  
sanctissimi corporis luctum,  
quo delatum ad sepulchrum,  
tumbam in qua repositum,  
Myrrhã & aloëm quibus fuit  
conditum, planctum quo fi-  
lium sacratissima Mater, & re-  
liquæ planxere Mariæ. De hi-  
sce omnibus gratias ago. amo

I 2 requæ

teque infinite benedico, obsecrans per virtutem huius Mysterij gratiam perfecte moriendi veteri homini, cum omnibus vitijs & concupiscentijs & vt perpetuò illum in Servatoris nostri sepeliam morte.

*Die Dominica.*

**F**acies memoriam Assumptionis Dominicæ, & Coronationis Beatissimæ Virginis Mariæ in cælo.

*Oratio.*

**I**nfinitas ago gratias, ô Sanctissima, & Beatif. Trinitas pro gloriosa Assumptione immaculatissimæ Virginis, & Mariæ

tris

tris nostrę in cęlo. Te infinite benedico, pro gloria & honore, quo constituisti eam supra omnes Angelorum Choros, ad dexteram Unigeniti Filij tui coronatam Cęli, terręq; Reginam, & Imperatricem. Precor, vt interuenientibus eius meritis, gratiam elargiri mihi digneris, amandi, & studiosę sanctissimas eius virtutes, & pręcipuę illius profundę imitandi Humilitatem, immaculatamque eius puritatem: vt imitando illam in hac vita, merear eam contueri in altera in æternum, Amen.

*Admonitio.*

**F**Acta jam supradictorum  
Mysteriorum, seu alicuius

eorum memoria, juxtam dictam distributionem, comendabis post Domino, personas & necessitates, pro quibus orare vis ac debes: vti Patrem, Matrem, consanguineos, amicos, Imperatorè, Reges, Principes, Pælatos, necessitates communes ac particulares, maximè sanctæ Ecclesiæ: Benefactores, & malefactores, Iustos, & peccatores: & finaliter defunctorum animas, secundum debitum vel devotionem tuam. Demum subiunges juxta placitum, aliquam, vel omnes sequentes orationes, ad Deum Patrem, ad Dominum Iesum Christum, ad Sacratissimam Virginem Mariam, & omnes Sanctos.

*Ora.*

*Oratio S. Thomae Aquinensis  
post Sacrum.*

**G**Ratias tibi ago Domine  
sancte, Pater omnipotens,  
æterne Deus, qui me peccato-  
rem indignum famulum tuum,  
nullis meis meritis, sed sola di-  
gnatione misericordiae tuæ, sa-  
tiare dignatus es pretioso Cor-  
pore, & Sanguine Filij tui Do-  
mini nostri Iesu Christi. Et  
precor te, vt hæc Sancta Com-  
municio non sit mihi reatus ad  
poenam, sed intercessio salura-  
ris ad veniam. Sit mihi arma-  
tura fidei, & scutum bonæ vo-  
luntatis. Sit vitiorum meo-  
rum euacuatio, concupiscen-  
tiæ, & libidinis exterminatio,  
charitatis, & patientiæ humili-

litatis, & obedientiæ augmen-  
tatio : contra insidias inimico-  
rum omnium tam visibilium,  
quam invisibilium firma de-  
fensio, morum meorum tam  
carnalium, quam spiritualium  
perfecta quietatio : in te vno,  
ac vero DEO firma adhæsi-  
o, atque mei finis felix consum-  
matio. Et precor te vt ad il-  
lud ineffabile conuiuium me  
peccatorem perducere digne-  
tis, vbi tu cum Filio tuo, & Spi-  
ritu Sancto, Sanctis tuis es lux  
vera, satietas plena gaudium  
sempiternum, iucunditas con-  
summata, & felicitas per-  
fecta, Amen.

*Alia ejusdem.*

**I**neffabilem misericordiã tu-  
lam, Domine IESV Christe  
humiliter exoro, vt hoc Sacra-  
mentum Corporis, & Sangui-  
nis tui, quod indignus susce-  
pi, sit mihi purgatio scelerum,  
sit fortitudo fragilium, sit con-  
tra mundi pericula firmamen-  
tum, sit impetratio veniã, sit  
stabilimentũ gratiã, sit medi-  
cina vitã, sit memoria tuã  
Passionis, sit contra debilitatẽ  
fomentum, sit viaticum meã  
peregrinationis. Euntem me  
conducat, errantem me redu-  
cat, reuertentem me suscipiat,  
titubantem me teneat, caden-  
tem me erigat, & perseueran-  
tem me in gloriã introducat.

¶ 5 ¶ O al-

O altissime DEVS, beatissima  
præsentia Corporis, & Sanguinis  
tui sic immutet palatum  
cordis mei, vt præter te, nullã  
vnquam sentiat dulcedinem,  
nullam amet pulchritudinem  
nullum quærat illicitum amo-  
rem, nullam desideret conso-  
lationem, nullam vnquam ad-  
mittat delectationem, nullum  
curet honorem, nullam timeat  
crudelitatem, Amen.

*Alia Oratio ad Iesum.*

**A** Doro, laudo, & glorifico  
te, benedico & gratias a-  
go tibi, Domine Iesu Christe,  
pro vniuersis miserationibus,  
& beneficijs tuis. Gratias ti-  
bi-

bi ago, ô Fili D E I viui, Deus  
altissime, qui propter nimiam  
charitatem, qua dilexisti me,  
dignatus es homo fieri. Vo-  
luisti pro me in stabulo nasci:  
Infans panniculis inuolui, fa-  
sciolis stringi: In præsepio re-  
clinari, modico lacte Virginis  
matris ali: paupertatem, & o-  
gestatem tolerare: multiplici-  
bus laboribus, & ærumnis, tri-  
ginta tribus annis fatigari: &  
nos tuo Corpore, & Sanguine  
abundanter saginari, Voluisti  
Sudore sanguineo præ angu-  
stijs suffundi; ignominiosè  
comprehendi, indignè ligari,  
iniustè damnari, sputis sedari,  
colaphis, & alapis cædi, Veste  
alba, & ridicula: velut amens,  
in-

indui, & illudi. Voluisti flagris crudelissimè conscindi, Spinis dirè coronari, Clavis atrociter cruci affigi, Felle & aceto inhumaniter potari. Tu præclarus syderum vestitor, nudus, contemptus, vulneratus, & immensis doloribus afflictus, pro me pependisti in cruce, pro me fudisti pretiosissimum Sanguinem tuum, pro me mortuus es. Amplector vlnis animæ meæ venerandā Crucem tuam, & eam pro tui honore, atque amore osculor. Præsta, vt ad te, pleno desiderio semper aspirē; & in te dulcissime IESV, perpetuò respirem, Amen.

*Alia*

*Alia ad eundem.*

**O** Clementissime, & misericordissime Iesu, miserere Ecclesie tuæ, miserere huius loci, huius congregationis. Concede, vt sit hic humilitas, pax, charitas, continentia, puritas. Concede, vt omnes dignè emendemus, & corrigamus nos, & timeamus te, & seruiamus tibi fideliter, & diligamus te, & placeamus tibi. Cōmendo pietati tuæ omnia negotia, & omnes necessitates nostras. Miserere omnium hominum, pro quibus sacrosanctum Sanguinem tuum fudisti. Eia, conuerte, & reuoca miseros peccatores: Da vis veniam, & gratiam: Da fidelit-

delibus defunctis requiem, lucemque sempiternam, Amen.

*Oratio ad B. Virginem.*

**O** Maria Virgo dulcissima, & Mater Dei dignissima, miserere mei vilissimi peccatoris. Saluto, & veneror te toto corde. Impetra mihi obsecro plenam omnium peccatorum remissionem, Impetra perfectam mei mortificationem, & abnegationem. Impetra veram humilitatem, patientiam, charitatem, & linguæ, atque sensuum omnium continentiam. Impetra puritatem, simplicitatem, nuditatem, libertatemque mentis, & perfectam cum Dei voluntate conformitatem, ut  
sua

*Celebrandi Missam.* 215

sim homo secundum cor filij  
tui, Amen.

*Oratio ad Sanctos omnes.*

**O** Sancti, Sanctæque DEI  
omnes, & beati Spiritus  
Angelici, quos Deus mellifluo  
vultu suo semper lætificat; o-  
rate pro me: Saluto, & vene-  
ror vos. Gratias ago Domi-  
no, qui vos elegit, & in suis  
benedictionibus præuenit.  
Eia, impetrate mihi veniam,  
impetrate gratiam, & perfe-  
ctam cum DEO vnio-  
nem, Amen.

PRÆ.

PRÆPARATIO  
AD MISSAM.

Pro opportunitate Sacerdotis  
facienda.

*Antiph.* Ne reminiscaris, Domine, delicta nostra, vel parentum nostrorum: neque vindictam sumas de peccatis nostris.

*Que Antiph. in duplicibus tantum duplicatur. Deinde dicuntur sequentes Psalmi.*

*Psalmus.*

QVam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum: concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini.

Cor

Cor meum, & caro mea: exul-  
tauerunt in Deum viuum.

Etenim passer inuenit sibi do-  
mum, & turtur nidum: vbi  
reponat pullos suos.

Altaria tua Domine virtutum  
rex meus, & Deus meus.

Beati, qui habitant in domo  
tua Domine: in secula secu-  
lorum laudabunt te.

Beatus vir, cuius est auxilium  
abs te, ascensiones in corde  
suo disposuit, in valle la-  
crymarum, in loco, quem  
posuit.

Etenim benedictionem dabit  
legislator, ibunt de virtute  
in virtutem: videbitur Deus  
deorum in Sion.

Domine Deus virtutum exau-

K di

di orationem meam : auri-  
bus percipe Deus Iacob.  
Protector noster aspice Deus  
& respice in faciem Christi  
tui.

Quia melior est dies vna in a-  
trijs tuis : super millia.

Elegi abiectus esse in domo  
DEI mei : magis quam ha-  
bitare in tabernaculis pec-  
catorum.

Quia misericordiam, & veri-  
tatem diligit D E V S : gra-  
tiam & gloriam dabit Do-  
minus.

Non priuabit bonis eos, qui  
ambulant in innocentia :  
Domine virtutum, beatus  
homo qui sperat in te.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritu  
tui Sancto, &c.

*Psalmu. 84.*

**B**enedixisti, Domine, terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuæ: operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira indignationis tuæ.

Conuerte nos Deus salutaris noster: & auerte iram tuam à nobis.

Nunquid in æternum irasceris nobis? aut extends iram tuam à generatione in generationem?

Deus tu conuersus uiuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te.

K 2

Osten-

Ostende nobis Domine misericordiam tuam : & salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus : quoniam loquetur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos : & in eos , qui conuertuntur ad cor.

Veruntamen propè timentes eum salutare ipsius : vt inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia, & veritas obuierunt sibi : iustitia, & pax osculatæ sunt.

Veritas de terra orta est : & iustitia de coelo prospexit.

Etenim Dominus dabit benigni-

*Celebrandi Missam.* 142

gnitatem & terra nostra da-  
bit fructum suum.

Iustitia ante eum ambulabit :  
& ponet in via gressus suos.  
Gloria Patri, & Filio, &c.

*Psalmus 85.*

**I**nclina Domine aurem tuā,  
& exaudi me : quoniam in-  
ops, & pauper sum ego.

Custodi animam meam, quo-  
niam sanctus sum : saluum  
fac seruum tuum Deus me-  
us sperantem in te.

Miserere mei Domine, quo-  
niam ad te clamaui tota  
die : lætifica animam serui  
tui, quoniam ad te Domine  
animam meam leuaui.

Quoniam tu Domine suavis,

& miris: & multè misericordiæ omnibus inuocantibus te.

Auribus percipe Domine orationem meam: & intende voci deprecationis meæ.

In die tribulationis meæ clamaui ad te: quia exaudisti me.

Non est similis tui in dijs Domine: & non est secundum opera tua.

Omnes gentes quascunq; fecisti, venient, & adorabunt coram te Domine: & glorificabunt nomen tuum.

Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus.

Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua.  
læte-

lætetur cor meum, vt time-  
at nomen tuum.

Confiteor tibi, Domine Deus  
meus, in toto corde meo: &  
glorificabo nomen tuum  
in æternum.

Quia misericordia tua magna  
est super me: & eruisti ani-  
mam meam ex inferno in-  
feriori.

DEVS, iniqui insurrexerunt  
super me, & synagoga po-  
tentium quæsierunt animã  
meam: & non proposuerunt  
te in conspectu suo.

Et tu Domine DEVS misera-  
tor, & misericors: patiens,  
& multæ misericordiæ, &  
verax.

Respice in me, & miserere mei:  
da imperium tuum puero

K 4 tuo:

tuo : & saluum fac filium,  
 ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonū,  
 vt videant, qui oderunt me,  
 & confundantur: quoniam  
 tu Domine adiuuisti me, &  
 consolatus es me.

Gloria Patri, & Filio: & Spiri-  
 tui Sancto, &c.

*Psalms 115.*

**C**Redidi propter quod lo-  
 cutus sum: ego autem hu-  
 miliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: om-  
 nis homo mendax.

Quid retribuam Domino pro  
 omnibus: quæ retribuit  
 mihi?

*Cali-*

Calicem salutaris accipiam: &  
nomen Domini inuocabo.

Vota mea Domino reddā co-  
ram omni populo eius: pre-  
tiosa in conspectu Domini  
mors sanctorum eius.

O Domine, quia ego seruus  
tuus: ego seruus tuus, & fi-  
lius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea, tibi sa-  
crificabo hostiam laudis: &  
nomen Domini inuocabo.

Vota mea Domino reddam in  
conspectu omnis populi e-  
ius: in atrijs domus Domi-  
ni, in medio tui Ierusalem.

Gloria Patri, & Filio & Spiritui  
Sancto, &c.

*Psalmus, 138.*

**D**E profundis clamaui ad  
te Domine : Domine ex-  
audi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes :  
in vocē deprecationis meæ.

Si iniquitates obseruaueris  
Domine : Domine quis su-  
stinebit ?

Quia apud te propitiatio est :  
& propter legem tuam su-  
stinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo  
eius : sperauit anima mea in  
Domino.

A custodia matutina vsque ad  
noctem : speret Israel in Do-  
mino.

Quia apud Dominum miseri-  
cordia : & copiosa apud eum  
redemptio.

Et

Et ipse redimet Israel : ex om-  
nibus iniquitatibus eius.

Gloria Patri, & Filio & Spiritui  
Sancto, &c.

*Deinde repetitur Antiph.* Ne  
reminiscaris, Domine, deli-  
cta nostra, vel parentum no-  
strorum : neque vindictam  
sumas de peccatis nostris.

*Deinde Sacerdos dicit.*

**K**Yrie eleison.

**K**hriste eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster,

¶. Et ne nos inducas in tenta-  
tionem.

¶. Sed libera nos à malo.

¶. Ego

Y. Ego dixi Domine, miserere  
mei.

R. Sana animam meam, quia  
peccaui tibi.

Y. Converterte Domine aliquan-  
tulùm.

R. Et deprecare super seruos  
tuos.

Y. Fiat misericordia tua Do-  
mine super nos.

R. Quemadmodum speraui-  
mus in te.

Y. Sacerdotes tui induantur  
iustitiam.

R. Et sancti tui exultent.

Y. Ab occultis meis munda  
me Domine.

R. Et ab alienis parce seruo  
tuo.

Y. Domine exaudi orationem  
meam.

R. Et

*R.* Et clamor meus ad te veniat.

*V.* Dominus vobiscum.

*R.* Et cum spiritu tuo.

*Oremus.*

**A**VRES tuæ pietatis mitissime DEVS inclina precibus nostris : & gratia sancti Spiritus illumina cor nostrum : vt tuis mysterijs dignè ministrare, teque æterna charitate diligere mereamur.

**D**Eus, cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet secretum : purifica per infusionem sancti Spiritus cogitationes cordis nostri : vt te perfecte

etè diligere, & dignè laudare  
mereamur.

**V**Re igne sancti spiritus re-  
nes nostros, & cor nostrū,  
Domine: vt tibi casto corpo-  
re seruiamus, & mundo corde  
placeamus.

**M**ENTES nostras, quæsu-  
mus Domine, paraclytus  
qui à te procedit, illuminet: &  
inducat in omnem, sicut tuus  
promisit filius, veritatem.

**A**D SIT nobis, quæsumus  
Domine, virtus Spiritus  
sancti, quæ & corda nostra ele-  
menter expurget, & ab omni-  
bus tueatur aduersis,

Deus,

**D**EVUS qui corda fidelium  
sancti Spiritus illustratio-  
ne docuisti: da nobis in eodem  
Spiritu recta sapere: & de eius  
semper consolatione gaudere.

**C**ONSCIENTIAS nostras,  
quæsumus Domine, visi-  
tando purifica: ut veniens Do-  
minus noster IESVS Christus  
filius tuus, paratam sibi in no-  
bis inueniat mansionem. Qui  
tecum viuit, & regnat in vni-  
tate Spiritus sancti DEVS, per  
omnia sæcula sæculorum

Amen.



*Alia Orationes pro opportuni-  
tate Sacerdotis ante celebratio-  
nem, & Communionem  
dicende.*

*Oratio Sancti Ambrosij  
Episcopi.*

*Die Dominico.*

**S**V M M E Sacerdos, & vere  
Pontifex IESV Christe, qui  
te obtulisti Deo Patri hostiam  
puram, & immaculatam, in a-  
ra Crucis pro nobis miseris  
peccatoribus : & qui dedisti  
nobis carnem tuam ad man-  
ducandum, & sanguinem tu-  
um ad bibendum, & posuisti  
mysteriū illud in virtute Spi-  
ritus sancti, dicens : Hæc quo-  
ties-

*Celebrandi Missam.* 153

ti seunq; feceritis, in mei me-  
moriā facietis. Rogo te per  
sanguinem tuum pretiosum,  
magnum salutis nostræ pre-  
tium. Rogo te per hanc mi-  
ram, & ineffabilem charitatē,  
qua nos miseros, & indignos  
sic amare dignatus es; vt la-  
uares nos à peccatis nostris in  
sanguine tuo. Doce me indi-  
gnum seruum tuum, quem  
inter cætera dona tua ad offi-  
cium sacerdotale vocare di-  
gnatus es, nullis meis meritis,  
sed sola dignatione misericor-  
diæ tuæ. Doce me, quæso, per  
Spiritus sanctum tuum, tan-  
tum tractare mysterium, ea re-  
uerentia, & honore, eaque de-  
uotione, & timore, quibus o-  
porteret, & decet. Fac me Do-

L. mine

mine IESV per gratiam tuam  
semper illud de tanto myste-  
rio credere, & intelligere, di-  
cere, & cogitare, sentire, & fir-  
miter retinere, quod tibi pla-  
cet, & expedit animæ meæ. In-  
tret Spiritus tuus bonus in cor  
meum, qui sonet tibi sine so-  
no, & sine strepitu verborum  
loquatur omnem veritatem  
tantorum mysteriorum, quæ  
profunda sunt nimis, & sacro  
tecta velamine: propter ma-  
gnam clementiam tuam, con-  
cede mihi hodie, & semper  
Missarum solemnia puro cor-  
de, & pura mente celebrare.  
Libera cor meum ab immun-  
dis, & nefandis, vanis, & nox-  
ijs cogitationibus. Muni me  
beatorum Angelorum pia, &  
fida

fida tutela, atq; fortissima custodia, vt hostes omnium bonorum confusi discedant per virtutem tanti mysterij, & per manum sancti Angeli tui. Repelle à me Domine Iesu Christe, & à cunctis seruis tuis durissimum spiritum superbiæ, cenodoxiæ, inuidiæ, iracundiæ, fornicationis, & immunditiæ, dubietatis, & blasphemæ. Confundantur, qui me persequuntur: pereant illi, qui perdere cuncta festinant.

*Feria secunda.*

**R**ex virtutum, amator castitatis, & integritatis Deus cælesti rore benedictionis tuæ extingue in corpore meo fo-

mitem ardentis libidinis : vt  
maneat in me nitor castitatis  
animæ, & corporis. Mortifica  
in me carnis stimulos, omnes-  
que libidinis commotiones,  
& da mihi veram, & perpetuam  
castitatem cum cæteris bonis  
tuis, quæ tibi placent in veri-  
tate, vt sacrificium laudis ca-  
sto corpore, & mundo corde  
valeam tibi offerre. Quanta  
enim contritione, & lacryma-  
rum fonte, quanta reuerentia,  
& tremore, quanta corporis  
castitate, & animæ puritate  
hoc diuinum, & cæleste sacri-  
ficium est celebrandum, Do-  
mine? vbi caro tua in veritate  
sumitur: vbi sanguis tuus in  
veritate bibitur: vbi summis  
ima coniunguntur: vbi adest  
san-

sanctorum presentia Angelorum: ubi tu es sacerdos, & sacrificium mirabiliter, & ineffabiliter constitutus.

*Feria tertia.*

**Q**uis dignè hoc celebrare, mysterium poterit, nisi tu Deus omnipotens offerentem feceris dignum? Scio, & verè scio, & ipsum pietati tuæ confiteor, quod non sum dignus accedere tantum mysterium, propter nimia peccata mea, & infinitas negligentias meas. Sed scio veraciter, & credo ex toto corde, & ore confiteor: quia tu potes me facere dignum, qui solus potes facere mundum de immun-

d'o conceptum semine : & de  
 peccatoribus justos facis , &  
 sanctos. Per hanc omnipoten-  
 tiam tuam te rogo , vt conce-  
 das mihi peccatori , hoc cele-  
 ste sacrificium celebrare cum  
 timore , & tremore , cum cor-  
 dis puritate , & lacrymarū fon-  
 te , cum lætitia spiritali , & cæ-  
 lesti gaudio. Sentiat mens  
 mea dulcedinem beatissimæ  
 præsentiaæ tuæ , & exubias  
 sanctorum angelorum tuo-  
 rum in circuitu meo.

*Feria quarta.*

**E**Go enim Domine memor  
 venerandæ passionis tuæ,  
 accedo altare tuum , licet pec-  
 cator , vt offeram tibi sacrifi-  
 cium.

de  
&  
n.  
e-  
le-  
m  
or-  
n-  
æ-  
ns  
ia  
as  
o-  
  
or  
æ,  
ec-  
ifi-

cium, quod tu instituisti, & offerri præcepisti in commemorationem pro salute nostra. Suscipe ergo istud, quæso summe D E V S, dulcissime I E S U Christe, pro Ecclesia tua sancta, & pro cuncto populo tuo, quem acquisuisti sanguine tuo pretioso. Et quoniam me peccatorem inter te, & eundem populum medium esse voluisti, licet in me boni operis testimonium non agnoscam, officium dispensationis creditæ non recuses: nec per me indignum famulum tuum eorum salutis pereat pretium, pro quibus victima factus salutaris, dignatus es esse redemptio. Profero ergo Domine ( si dignaris propitius intueri ) tri-

bulationes plebeium, pericula  
 populorum, captiuorum ge-  
 mitum, miseriam orphanorū,  
 necessitates peregrinorum, in-  
 opiam debiliū, desperatio-  
 nes languentium, defectus se-  
 num suspiria iuuenum, vota  
 virginum, lamenta viduarum,  
 Tu enim misereris omnium  
 Domine, & nihil odisti omni-  
 um quæ fecisti.

*Feria quinta.*

**M**EMORARE quæ sit no-  
 stra substantia : quia tu  
 pater noster es, ne irascaris no-  
 bis, neque multitudinem vi-  
 scerum tuorum super nos cō-  
 tineas. Non enim in justifica-  
 tionibus nostris prosternimus  
 pre-

preces nostras ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Aufer à nobis Domine iniquitates nostras: & ignē sancti Spiritus in nobis clementer accende. Aufer cor lapideum de carne nostra & da nobis cor carneum, quod te timeat, diligat, & honorificet: te delectetur, te sequatur, & te perfruarur. Oramus Domine clementiam tuam, vt sereno vultu familiam tuam sacri tui nominis officia prestolantem, aspicere digneris. Et vt nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio, tu nobis preces suggere, quas ipse audire, & propitius exaudire delecteris.

**R**OGAMVS etiam te Do-  
mine, pro animabus fide-  
lium defunctorum: vt fit illis  
salus æterna, ac perpetua sani-  
tas, gaudium, & refrigerium  
sempiternum. Hoc magnum  
pietatis sacramentum; Domi-  
ne Deus meus, fit illis hodie  
magnum, & plenum gaudium  
de te pane viuo, & vero, qui  
de cælo descendisti, & das vi-  
tam mundo, de carne sancta,  
& benedicta, agni, videlicet,  
immaculati, qui tollit pecca-  
ta mundi. Et potari de fonte  
pietatis tuæ, qui per lanceam  
militis de latere tuo emana-  
uit: vt consolati exultent in  
laude, & gloria tua sancta. Pe-

to clementiam tuam , vt descendat super hunc panem , & calicem plenitudo tuæ divinitatis. Descendat etiam Domine illa Spiritus sancti tui invisibilis forma, incomprehensibilisq; maiestas, sicut quondam in Patrum hostias descēdebat, quæ & oblationes nostras, corpus, & sanguinem tuum efficiat, & me indignum sacerdotem tuum doceat: tantum tractare mysterium: ita vt placidè, & benignè suscipias sacrificium de manibus meis ad salutem omnium, tam vivorum, quàm defunctorum. Rogo te Domine per ipsam sacrosanctum, & vivificū mysterium corporis, & sanguinis tui, quo quotidie, in Ecclesia  
tua.

tua pascimur, & potamur: abluimur, & sanctificamur: atq; vnus tuæ, summæque diuinitatis participes efficimur: da mihi virtutes sanctas, quibus repletus, bona conscientia ad altare tuum accedam: ita ut hæc cælestia sacramenta efficiantur mihi salus, & vita. Tu enim dixisti ore tuo sancto, & benedicto: Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Et: Qui manducat me, viuet propter me, ipse manet in me, & ego in eo: Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.

*Sabbato.*

**P**ANIS dulcissime, sana palatum cordis mei : vt sentiam iuauitatem amoris tui, Sana illud ab omni languore, vt nullam præter te amet pulchritudinem. Panis candidissime, habens in te omne delectamentum, & omnem saporẽ, qui nos de te semper reficis : comedat te cor meum, & dulcedine saporis tui repleantur viscera animæ meæ. Manducat te angelus pleno ore in patria : manducet te peregrinus homo pro modulo suo, ne deficere possit in via tali recreatus viatico. Panis sancte, panis viue, panis pulcher, panis munde, qui descendisti de celo.

caelo, & das vitam mundo: veni in cor meum, & munda me ab omni iniquamento carnis, & spiritus. Intra in animam meam: sana, & sanctifica me interiùs, & exteriùs. Esto tutamen, & continua salus corporis, & animæ meæ. Repelle à me insidiantes mihi hostes: recedant procul à præsentia tua, vt foris, & intus munitus, recto tramite ad regnum tuum perueniam, vbi non mysterijs, sicut in hoc tempore agitur, sed facie ad faciem te videbimus, cum tradideris regnum DEO Patri, & Deus erit omnia in omnibus. Tunc enim me de te satiabis satietate mirifica: ita vt neque esuriam, neque sitiam in æternum.

*Celebrandi Missam.* 167

num. Qui cum eodem DEO  
Patre, & Spiritu sancto viuis, &  
regnas per omnia sæcula sæcu-  
lorum, Amen.

*Alia Oratio S. Ambrosij.*

**A**D mensam dulcissimi cõ-  
uiuij tui, pie Domine Iesu  
Christe, ego peccator de pro-  
prijs meritis nihil præsumens,  
sed tua confidens misericor-  
dia, & bonitate, accedere ve-  
reor, & contremisco. Nam cor  
& corpus habeo multis crimi-  
nibus maculatum: mentem,  
& linguam non cautè custodi-  
tam. Ergo, ô pia deitas, ô tre-  
menda maiestas, ego miser in-  
ter angustias deprehensus, ad  
te fontem misericordiæ recur-  
ro:

ro: ad te festino sanandus: sub  
tuam protectionem fugio: &  
quem iudicem sustinere ne-  
queo, Saluatorem habere su-  
spiro. Tibi Domine plagas  
meas ostendo: tibi verecun-  
diam meam detego. Scio pec-  
cata mea multa, & magna, pro  
quibus timeo. Spero miseri-  
cordias tuas, quarum non est  
numerus. Respice in me oculis  
misericordiae tuae Domine  
Iesu Christe, rex aeternae, Deus,  
& homo crucifixus propter  
hominem. Exaudi me speran-  
tem in te: miserere mei pleni  
miserijs, & peccatis, tu qui fon-  
tem miserationis nunquam  
manare cessabis. Salue salu-  
taris victima, pro me, & omni  
humano genere in patibulo  
cru-

crucis oblata, Salve nobilis,  
& pretiose sanguinis de vul-  
neribus crucifixi Domini mei  
Iesu Christi profluens, & pec-  
cata totius mundi abluens.  
Recordare Domine creaturæ  
tuæ, quam tuo sanguine rede-  
misti: pænitet me peccasse:  
cupio emendare, quod feci.  
Aufer ergo à me, clementissi-  
me Pater, omnes iniquitates,  
& peccata mea: vt purificatus  
mente, & corpore dignè degu-  
stare merear Sancta Sancto-  
rum: & concede, vt sancta  
prælibatio corporis, & san-  
guinis tui, quam ego in-  
dignus sumere intendo, sit  
peccatorum meorū remissio,  
sit delictorum perfecta pur-  
gatio, sit turpium cogitationū

M effu-

effugiatio, bonorumque sensuum regeneratio, operumque tibi placentium salubris efficaciam; animæ quoque, & corporis, contra inimicorum meorum insidias firmissima tutio, Amen.

*Oratio Sancti Thomæ Aquinatis.*

**O**MNIPOTENS sempiternè DEVS, ecce accedo ad sacramentum vnigeniti filii tui Domini nostri IESV Christi. Accedo tanquam infirmus ad medicum vitæ, immundus ad fontem misericordiæ, cæcus ad lumen claritatis æternæ, & pauper, & egenus ad Dominum cæli, & terræ

ra. Rogo ergò immensæ largitatis tuæ abundantiam, quatenus meam curare digneris infirmitatem, lauare foeditatem, illuminare cœcitatē, ditare paupertatem, vestire nuditatem: vt te panem Angelorum, regem regum, Dominum dominantium, tanta suscipiam reuerentia, & humilitate, tanta contritione, & deuotione, tanta puritate, & fide, tali proposito, & intentione, sicut expedit salutī animæ meæ. Da mihi, quæso, dominici corporis, & sanguinis, non solum suscipere sacramentum, sed etiam rem, & virtutem sacramenti. O mitissime Deus, da mihi corpus vnigeniti filij, tui Domini nostri IESV Chri-

sti, quod traxit de Virgine Ma-  
 ria, sic suscipere: vt corpori  
 suo mystico merear incorpo-  
 rari, & inter eius membra con-  
 numerari. O amantissime Pa-  
 ter, concede mihi dilectum fi-  
 lium tuum, quem nunc vela-  
 tum in via suscipere propo-  
 no, reuelata tandem facie per-  
 petuò contemplari. Qui te-  
 cum viuit, & regnat in vnita-  
 te Spiritus Sancti Deus, per  
 omnia sæcula sæculorum, A-  
 men.

*Oratio dicenda ante Mis-  
 sam.*

**D**EUS, qui te indignis di-  
 gnos facis, & de peccato-  
 ribus iustos, & de immundis

mundos : munda cor, & corpus meum ab omni contagio, & sorde peccati, & fac me dignum, atque strenuum sanctis altaribus tuis ministrum : cōcede propitius, vt in hoc altari, ad quod indignus accedo, hostias acceptabiles, atq; placabiles offeram pietati tuæ, pro peccatis, & offensionibus meis, innumerisque, & quotidianis excessibus meis, atque cunctorum simul Christianorum culpis abluendis. Et per eum sit tibi votum meum acceptabile, qui se tibi Deo Patri pro nobis obtulit sacrificium.

Qui tecum viuit, & regnat  
in vnitate Spiritus sancti  
Deus, &c.

*Precatio ad Beatissimam Virgi-  
nem Mariam ante Mis-  
sam.*

**O** MATER pietatis, & mi-  
sericordiæ, Beatissima  
Virgo Maria, ego miser, & in-  
dignus peccator ad te confu-  
gio toto corde, & affectu: &  
presor pietatem tuam, vt si-  
cut dulcissimo filio tuo in  
cruce pendentem adsticisti, ita &  
mihi misero peccatori & sacer-  
dotibus omnibus hîc, & in to-  
ta sancta Ecclesia hodie offe-  
rentibus clementer adstiteris,  
digneris, vt tua gratia adiuti  
dignam, & acceptabilem ho-  
stiam in conspectu summæ, &  
indiuidualæ Trinitatis offerre  
valeamus, Amen.

*Ad*

*Ad Sanctum, cuius eo die festum  
celebratur, ante Missam,  
precatio.*

**O**SANCTE N. ecce ego  
miser peccator de tuis  
meritis confusus, offero nunc  
sacratissimum Sacramentum  
Corporis, & Sanguinis Domi-  
ni nostri IESU Christi pro tuo  
honore, & gloria. Precor te  
humiliter, & deuotè, vt pro  
me hodie intercedere digne-  
ris, vt tantū sacrificium dignè  
& acceprabiliter offerre valeā.  
Et eum tecum, & cum omni-  
bus electis eius æternaliter  
laudare, atque cum eo regna-  
re valeam, qui viuit, & regnat  
in sæcula sæculorum.

Amen.

M. 4.

*Ora-*

*Oratio deuotissima dicenda à  
Sacerdote, ante, vel post cele-  
brationem Missæ.*

**P**ATER cœlestis, clementis-  
sime Domine, Pater miseri-  
cordiarum, suscipe hodie per  
manus serui tui hoc sacrosan-  
ctum Sacrificium, verum Cor-  
pus, & Sanguinem vnigeniti  
filij tui, Domini nostri IESU  
Christi, in satisfactionem; &  
remissionem omnium pecca-  
torum meorum, in salutem,  
& fortitudinem animæ meæ,  
& totius domus meæ, & om-  
nium illorum, quibus aliqua  
obligatione teneor; & omnium  
Dominorum, Prælatorum, Præ-  
dicatorum, Sacerdotum, & Reli-  
giosorum Catholicæ fidei: vt  
eis

eis gratiam Spiritus Sancti impertiri digneris, ad salutem animarum suarum, & regimen totius populi Christiani, & omnium peccatorum huius mundi; vt eos conuertas, & ducas ad viam salutis: in consolationem omnium tribulatorum, vt sis adiutorium, & veram patientiam tribuas: in refrigerium, & liberationem omnium animarum existentium in Purgatorio, & maxime illarum, quæ auxilium à te iure expectant: & ad illuminationem, & conuersionem omnium gentium infidelium & hæreticorum, & schismaticorum; vt cognoscant, & ament te summam veritatem.

M s Pa-

Patrem omnipotentem, Qui  
cum Filio, & Spiritu sancto es  
laudabilis Deus, benedictus  
in secula seculorum,  
Amen.



GRA-

GRATIARVM  
ACTIO POST MIS-  
SAM.

*Antiph.* Trium puerorum can-  
temus hymnum, quem cā-  
tabant Sancti, in camino  
ignis benedicentes Domi-  
num.

*Qua Antiphona in duplicibus  
tantum duplicatur.*

*Canticum trium Puerorum.*

**B**ENEDICITE omnia ope-  
ra Domini Domino: lau-  
date & superexaltate eum  
in secula.

Bene-

Benedicite Angeli Domini  
Domino : benedicite cœli  
Domino.

Benedicite aquæ omnes, quæ  
super cœlos sunt Domino :  
benedicite omnes virtutes  
Domini Domino.

Benedicite Sol, & Luna Domi-  
no : benedicite stellæ cœli  
Domino.

Benedicite omnis imber, & ros  
Domino : benedicite om-  
nes spiritus Dei Domino.

Benedicite ignis, & æstus Do-  
mino : benedicite frigus, &  
æstus Domino.

Benedicite rores, & pruina Do-  
mino : benedicite gelu, &  
frigus Domino.

Benedicite glacies, & niues  
Do-

*Celebrandi Missam.* 181

Domino: benedicite noctes,  
& dies Domino.

Benedicite lux, & tenebræ Do-  
mino: benedicite fulgura,  
& nubes Domino.

Benedicat terra Dominū: lau-  
det, & superexaltet eum in  
secula.

Benedicite montes, & colles  
Domino: benedicite vni-  
uersa germinantia in terra  
Domino.

Benedicite fontes Domino:  
benedicite maria, & flumi-  
na Domino.

Benedicite cete, & omnia, quæ  
mouentur in aquis Domi-  
no: benedicite omnes vo-  
lucres coeli Domino.

Benedicite omnes bestia, &  
pecora Domino: benedici-

te filij hominum Domino.  
Benedicat Israel Dominum:  
laudet, & superexaltet eum  
in secula.

Benedicite Sacerdotes Domini  
Domino: benedicite ser-  
ui Domini Domino.

Benedicite spiritus, & animæ  
iustorum Domino: bened-  
icite sancti, & humiles cor-  
de Domino.

Benedicite Anania, Azaria,  
Misael Domino: laudate &  
superexaltate eum in secula.

Benedicamus Patrem, & Filiū,  
cum sancto Spiritu: laude-  
mus, & superexaltemus eū  
in secula.

Benedictus es Domine in fir-  
mamento coeli: & laudabi-  
lis, & gloriosus, & superex-  
altatus in secula. *Psal.*

*Psalms 150.*

**L**AUDATE Dominum in  
sanctis eius : laudate eum  
in firmamento virtutis eius.  
Laudate eum in virtutibus eius :  
laudate eum secundum  
multitudinem magnitudi-  
nis eius.

Laudate eum in sono tubæ :  
laudate eum in psalterio, &  
cythara.

Laudate eum in tympano, &  
choro : laudate eum in chor-  
dis, & organo.

Laudate eum in cymbalis be-  
nefonantibus, laudate eum  
in cymbalis jubilationis :  
omnis spiritus laudet Do-  
minum.

Gloria Patri, & Filio, &c.

*Deo.*

*Deinde repetitur Antiph. Tri-*  
*um puerorum cantemus*  
*hymnum, quem cantabant*  
*Sancti in camino ignis, be-*  
*nedicentes Dominum.*

*Deinde Sacerdos dicit.*

**K**Yrie eleison.  
 Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster.

☩. Et ne nos inducas in tenta-  
 tionem.

℞. Sed libera nos à malo.

☩. Confiteantur tibi Domine  
 omnia opera tua.

℞. Et Sancti tui benedicant  
 tibi.

☩. Exultabunt Sancti in glo-  
 ria.

℞. Læ-

*Celebrandi Missam.* 183

*Re.* Lætabuntur in cubilibus  
suis.

*Ps.* Non nobis Domine, non  
nobis.

*Re.* Sed nomini tuo da glo-  
riam.

*Ps.* Domine exaudi orationem  
meam.

*Re.* Et clamor meus ad te ve-  
niat.

*Ps.* Dominus vobiscum.

*Re.* Et cum spiritu tuo.

*Oremus.*

*Oratio.*

**D**EVS, qui tribus pueris  
mitigasti flammam igni-  
um, concede propitius: vt nos  
famulos tuos nõ exurat flam-  
ma vitiorum.

In Acto.

**A**CTIONES nostras, quæsumus Domine, aspirando præueni, & adiuuando proficere, vt cuncta nostra oratio, & operatio à te semper incipiat, & per te coepta finiatur.

**D**A nobis quæsumus Domine, vitiorum nostrorum flammam extinguere: qui beato Laurentio martyri tuo tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Christum Dominum nostrum.  
R. Amen.

*Oratio S. Bonaventurae.*

**T**RANSFIGE, Dulcissime Domine IESV, medullas  
&

& viscera animæ meæ suauif-  
simo, ac saluberrimo amoris  
tui vulnere, vera, ferenaque, &  
Apostolica sanctissima chari-  
tate: Vt langueat & liquefiat  
anima mea solo semper amo-  
re, & desiderio tui: te concu-  
piscat, & deficiat in atriâ tua:  
cupiat dissolui, & esse tecum.  
Da, Vt anima mea te esuriant  
panem Angelorum, refectio-  
nem animarum sanctarum,  
panem nostrum quotidia-  
num, supersubstantialem, ha-  
bentem omnem dulcedinem,  
& saporem, & omne delecta-  
mentum suauitatis: te in quẽ  
desiderant Angeli prospicere:  
semper esuriant, & comedat cor  
meum, & dulcedine saporis  
tui repleantur viscera animæ

N. 2. meæ:

meæ : te semper sitiât fontem  
vitæ , fontem sapientiæ , &  
scientiæ, fontem æterni lumi-  
nis, torrentem voluptatis, v-  
bertatem domus Dei : te sem-  
per ambiât, te quærat, te inue-  
niât, ad te tendat, ad te perue-  
niât, te meditetur, te loqua-  
tur & omnia operetur in lau-  
dem , & gloriam nominis tui,  
cum humilitate, & discretio-  
ne, cum dilectione, & delecta-  
tione , cum facilitate & affe-  
ctu , cum perseverantia vsque  
in finem. Et tu sis solus sem-  
per spes mea, tota fiducia mea,  
diuitiæ meæ, delectatio mea,  
iucunditas mea , gaudium  
meum, quies , & tranquillitas  
mea, pax mea, suavitas mea,  
odor meus , dulcedo mea. ci-  
bus

*Celebrandi Missam.* 189

bus meus, refectio mea, refu-  
gium meum, auxilium meum,  
sapientia mea, portio mea, &  
possessio mea, thesaurus me-  
us, in quo fixa, & firma, & im-  
mobiliter semper sit radicata,  
mens mea, & cor meum, A-  
men.

*Alia Oratio.*

*Ex lib. 8. Constit. Apost. Clem. P.  
Pont. Max.*

**D**OMINE DEVS omnipo-  
tens, Pater Christi filij tui  
benedicti, ex auditor inuocan-  
tium te in rectitudine, qui scis  
interpellationes tacentium:  
gratias tibi agimus, quod feci-  
sti nos dignos participationis

sanctorum myſteriorum tuo-  
rum, quæ præbuiſti nobis in  
confirmationem eorum, quæ  
benè cognita ſunt in cuſtodi-  
am pietatis, in remiſſionem  
peccatorum. Quoniam no-  
men Chriſti tui inuocatum  
eſt ſuper nos, & tibi conciliati  
ſumus.

Qui ſegregaviſti nos à com-  
municatione impiorum, con-  
iunge nos cum conſecratis ti-  
bi. Confirma nos in veritate  
ſancti Spiritus. Ignorata re-  
vela, quæ deſunt exple: cog-  
nita corrobora: Sacerdotes im-  
maculatos tuere in ſervitute  
tua: Reges conſerva in pace,  
Magiſtratus in iuſtitia, Cœ-  
lum in ſalubritate, Fructus in  
fertilitate, Mundum in provi-  
den-

*Celebrandi Missam.* 191

dentia omni ex parte suffici-  
cienti.

Nationes bellicosas repri-  
me; errantes conuerte, popu-  
lum tuum sanctifica, Virgines  
conserua, matrimonio jun-  
ctos custodi in fide; ignoran-  
tes corrobora; infantes per-  
duc ad virilem ætatem; noui-  
tios confirma, catechumenos  
instrue, & immutatione di-  
gnos redde; nosque omnes  
congrega in regnum celo-  
rum, in Christo I E S V Domi-  
no nostro, cum quo tibi gloria  
honor, cultus, & sancto  
Spiritu in secula,

Amen.

N 4

Alta

*Alia ad Beata[m] Virginem  
post Missam.*

**O**SERENISSIMA, & inclya-  
 ta Virgo MARIA, Mater  
 Domini nostri IESU Christi,  
 Regina coeli, & terræ: que  
 eundem Creatorem omnium  
 creaturarum in tuo sancto v-  
 tero digna fuisti portare, cuius  
 idem veracissimum Corpus &  
 Sanguinem, ego indignus su-  
 mere præsumpsi, rogo te, per  
 virginalem humilitatem tu-  
 am, & per passionem, & mor-  
 tem eiusdem Filij tui, vt apud  
 ipsum pro me misero pecca-  
 tore intercedere digneris, vt  
 quidquid in eius oblatione  
 benedictissima ignoranter ne-  
 gligenter, vel incautè commisi-  
 si,

si, tuis sanctissimis precibus  
mihi dignetur indulgere. A-  
men.

*Oratio in qua totalis sui ipsius fit  
oblatio, ad Beatissimam Virgi-  
nem Mariam Matrem.*

*Deo.*

**S**ANCTISSIMA gratiosissi-  
ma, superbenedictissima, ac  
dignissima Mater Dei, imma-  
culatissima semper Virgo Ma-  
ria, Coeli, & terræ Regina: Ad-  
uocata & Domina mea, ego  
N. vilissimus, & superbus pec-  
cator: quamuis ob multa &  
grauia mea delicta, ac ingra-  
titudines, indignissimus sim,  
vt puro sacroque tuo compa-  
ream conspectui, & millies a-

N 5 ter-

ternis dignus tormentis, sum-  
pta nihilominus fiducia, in  
maxima tua Bonitate, Cle-  
mentia, & Misericordia con-  
fusus: offero; dono, & conse-  
cro in æternum, dulcissimo, &  
sacrofancto cordi tuo, in præ-  
sentia totius Curiaë coelestis,  
totum miserum & tepidum  
meum cor, animam, mentem,  
vires, corpus, sensus interiores  
& exteriores, quantum ha-  
beo, & quantum vnquam ha-  
bere possum, intra & extra me:  
supplicans toto cordis animi-  
que quo possum affectu, atq;  
tali affectu, quali etiam vni-  
uersa Ecclesia Catholica, & to-  
ta coelestis Curia: vt digneris,  
propter pretiosissimum vni-  
geniti tui Filij, Domini nostri  
I.E.

IESV Christi Saluatoris nostri  
sanguinem, hanc meam acce-  
ptare oblationem in odorem  
suauitatis, & mihi impetrare  
perfectam omnium meorum  
peccatorum contritionem, &  
emendationem: nec non gra-  
tiam omnes vincenti tenta-  
tiones & difficultates in diui-  
no seruitio & officio occursum:  
omnium inordinatorum  
affectuum expurgationem, re-  
rum terrenarum odium, & nau-  
seam rerum sensualium: gu-  
stum rerum spiritualium: praë-  
cipuè vero Sanctorum Satra-  
mentorum frequentationem:  
feruens studium sanctarum  
tuarum imitandarum virtu-  
tum: fortem patientiam in ad-  
uersitatibus, in prosperitati-  
bus

bus humilitatem : in bonis  
propositis constantiam : per-  
fectam in omnibus cum diui-  
na voluntate conformitatem,  
omnibus in rebus liberatio-  
nem omnis mali, & impetra-  
tionem cuncti boni : cum per-  
fecta in diuina gratia, vsque ad  
mortem perseuerantia : ita vt  
tibi tuoq[ue] Filio diligenter &  
fideliter in hac præfenti serui-  
am vita, atque in altera perse-  
ueranter te merear videre in  
coelo, Amen.



*Maxima Utilitates, quae percipiuntur ex Meditatione Christi Domini nostri Passio-*

*nis.*

**V**T intelligat, quantum animæ conducatur & proficiat, supradicto modo facere memoriam Mysteriorum, Vitæ, Passionis & Mortis nostri Saluatoris, assignabo hic maximas quasdam utilitates, cuiusdam suo amico reuelatas. Refert ergo illuminatissimus Doctor Ioannes Thaulerus. Quod cum quidam Dei famulus sciscitaretur à Domino, quasnam utilitates reciperet anima ex deuota suæ Passionis consideratione, respondit Dominus,

no-

nonē illis ex tali consideratione provenire commoda sequentia.

Quorum primum, quod ex tali consideratione à suis peccatis mundetur anima, & totum quod sua negligentia perdiderit, meritorum Passionis recuperetur virtute.

Secundum, quod tali consideratione contra omnes suos confortetur inimicos, ut nullam de illo possint reportare victoriam.

Tertium, quod hoc modo exercendorum bonorum operum virtutumque acquirat fortitudinem.

Quartū, Quod etsi brevissimo tempore in Passionis Dominicæ versetur consideratio-

tione : semper tamen , in illo  
mea renouatur gratia.

Quintum, Quod qui deuorè  
Passionis meæ facit memoriã,  
lubens cum tali maneat.

Sextū, Quod tali mea reue-  
lam secreta, à meo æterno mi-  
hi manifestata Patre.

Septimum, Quod ante eius  
morrem illum conducam ad  
perfectionem, & post mortem  
inter meos eum annumerabo  
Electos.

Octauum, Quod non nega-  
bo illi aliquid , quod serio &  
rationaliter à me petierit.

Nonum, Quod mortis suæ  
tempore illi assistam , ab om-  
nibus suis hostibus defen-  
dam , & suæ salutis securum  
reddam.

*Varij fines in quos hoc sacrosan-  
ctum Missæ potest offerri  
Sacrificium.*

**P**RIMO propter memoriã  
acerbissimæ Passionis Chri-  
sti Domini nostri, qua nostræ  
redemptiõis, peractum opus,  
Secundò, vt intimiùs se v-  
niat quis DEO, ampliorem  
que puritatem, vitæ que acqui-  
rat sanctitatem.

Tertiò, pro remissione, &  
peccatorum suorum satisfa-  
ctione.

Quartò pro medicina pro-  
prietarum suarum spiritualium  
infirmiatarum, vitiosarum pas-  
sionum, pravorumque habi-  
tuum extirpatione.

Quin-

Quintò, Ad impetrandam aliquam particularem gratiam ab eius diuina Maiestate.

Sextò, In gratiarum actionem receptorum in vita & recipiendorum in morte beneficiorum.

Septimò, In specialem honorem & gloriam suæ diuinitatis, Maiestatis, atque Sanctorum.

Octauò, vt ab aliqua possit liberari tentatione, vel tribulatione.

Nonò, propter aliquam temporalem vel spiritualem necessitatem proximi, seu propter aliam quampiam obligationem.

Decimò, Propter suffragiū

O ani-

animarum purgandarum, in  
igne purgante.

*Maximi Sanctissime Commu-  
nionis fructus.*

**P**RIMO vnitur anima, cum  
Christo Domino nostro, &  
incorporatur homo cum ipso  
secundum quod ipsemet di-  
cit: *Qui manducat meam car-  
nem, & bibit meum sangui-  
nem, in me manet, & ego in  
eo.*

Secundò, auget & conser-  
uat in anima gratiam: virtu-  
tum abundantiam contra ten-  
tationes: robur contra visibi-  
les & inuisibiles hostes: pro-  
speritatem corporis, vitæ per-  
fectionem illi qui dignè, &  
fre-

frequenter ad hoc diuinum  
accedit Sacramentum.

Tertiò, Restaurat, & illumi-  
nat mentem, recreat cor, men-  
tisque eliminat tenebras.

Quartò, Humilem, piam,  
deuotam, patientem efficit a-  
nimam, atque diuino illam in-  
flammat amore.

Quartò, Auget virtuosos  
habitus, fomitem mitigat cõ-  
cupiscentiæ, & puros castosq;  
efficit.

Sextò, subleuat spem, fidei  
certitudinem, augmentatque  
deuotionem.

Septimò, Peccata venialia  
remittit, præseruat à mortali-  
bus, sanctorum desideriorum  
& propositorum tribuit per-  
seuerantiam: & generosè om-

nes superandi difficultates impertit virtutem.

Octavò. Facit nos participes omnium meritorum Domini nostri IESV Christi: ac futuræ gloriæ Paradisi nobis tradit pignus.

Nonò. Ad benè operandum nos reddit promptos, misericordes, & liberales erga egenos, facitq; nos terribiles omnibus infernalibus & malignis spiritibus.

Decimò. Diminuit semper pœnam peccatis commissis debitam. Et ideo Sanctus dicit Vincentius: Securissimum remedium, pro evitandis Purgatorij pœnis, frequentem Sanctorum Sacramentorū esse usum.

*Varia*

*Varia considerationes, ex quibus colligitur, quam detestabile sit impuritas Vitium in Sacerdote.*

*Consideratio prima.*

**C**ONSIDERA primo, quod Ceteri impura vita detestanda cuilibet Christiano, multò amplius tamen abominanda Sacerdoti. Quia quò maior status eius est dignitas, supra omnem aliam, tantò maior quoque eius obligatio cum DEO, viuendi immaculatè. Cum autem in coelo ac terra maior non possit esse, quam Sacerdotis dignitas, qui immediate tractat, & attrectat, atque sumit in cibum, verum

Corpus, Sanguinem, Animam,  
 Diuinitatem Filij Dei, omni  
 puritatis, & sanctitatis fontem  
 & ideo dici haud possit, quan  
 graui Diuina Maiestas afficia  
 tur iniuria, quantâque boni  
 tati eius fiat offensa, impura  
 Sacerdotis vita: & per conse  
 quens, quam grauem Deo  
 suo mortis & finalis Iudicij  
 tempore sibi thesaurizet iram  
 quantamque conciliet sibi da  
 mnationem, nisi se emendet  
 & purè castèque uiuat, maxi  
 mè ob solenne castitatis in sa  
 cie Ecclesiæ, & in conspectu  
 totius Curiaë coelestis, emissu  
 votum. Vnde sequitur, quo  
 ties peccando hanc irreuoca  
 bilem transgreditur irritaque  
 promissionem, toties graue sa

erilegij & apostasiæ committere delictum. Nam si Apostata nominandus is, qui clericalem vel suæ Religionis deseruit habitum: amplius vocandus talis ille, qui puritatis & castitatis deseruit habitum, veram vestem quæ Sacerdotem, & Religiosum ornat, talemque in Angelorum reddit conspectu, qualem se fors in hominum profiteretur præsentia.

Si horrendum illud censendum sacrilegium, quod aliquis ex materiali Ecclesia, bestiarum faceret stabulum, vel sacris Altaris vasis abuteretur. ut si propinaret ex ijs non dico Concubinis, uti in Conuiuiuo Balthasaris Regis quondam.

dam legimus factum, sed ipsi  
 immundis animalibus: quan-  
 to enormius Sacerdotis sacri-  
 legium, qui corpus suū, quod  
 sacrum, & viuum Dei est Tem-  
 plum, ac dupliciter ei est con-  
 secratum, primò per Baptis-  
 mum, ac deinde per collatos  
 sacros Ordines: factens im-  
 mundorum spirituum faceret  
 stabulum, & sordidū immun-  
 ditiae vas?

*Consideratio secunda.*

**C**ONSIDERA, quod si tam  
 graue Sacerdotis delictum  
 vt præceptum à Deo in Leui-  
 tico, vt pro vnus Sacerdotis  
 delicto, tantum offerretur Sa-  
 crificium, quantum pro vni-  
 uer-

uerso populo, vt hinc intelligeretur, Sacerdotis peccatum, certo quodam modo, quantum ad suam malitiam, totius populi æquiparari delicto, Hinc in primitiua Ecclesia, laicis fornicarijs septem annorum imponebatur pœnitentia, & illo durante tempore, ad sacram non poterant accedere Communionem. Sacerdoti verò fornicario præfigebantur anni decem pœnitentiæ agendæ.

Vnde quidam in hoc proposito, grauis quærit auctor, vtrum grauius peccet Laicus adulterando, an Sacerdos fornicando. Et respondet ceteris paribus: quod grauius peccet Sacerdos fornicans, quam

laicus adulterans. Primò, quia  
 solenne ab eo castitatis emis-  
 sum votum. Secundo, quia  
 Deo totaliter est consecratus.  
 Tertio, quia Sacramentum Or-  
 dinis in maiore habendum  
 reuerentia, quam Matrimonij,  
 cunctis sic astruentibus Do-  
 ctoribus. Eò quod Sacer Or-  
 do immediatè Sacerdotem  
 applicat, ad consecrandum  
 Corpus & Sanguinem Vnige-  
 niti Filij DEI in augustissimo  
 Altaris Sacramento, vnde ma-  
 ior in præsentì hac vita non  
 potest esse dignitas. Hinc sic  
 D. exclamat Chrysostomus :  
*Quo non oportet esse puriore  
 tali fruente Sacrificio ? Quo  
 solari radio non splendidorem  
 eam manum, qua carnem hanc  
 di.*

*diuidit os, quod igne spirituali  
repletur? linguam, qua tremendo  
nimis sanguine rubescit.*

Vnde considerandum, quod  
si tanta vitæ ob dictas ante  
causas in Sacerdote requiritur  
puritas, quod quantumq; sce-  
lus, quantaque censenda Sa-  
cerdotis impietas; qui in Dei,  
Angelorum, & persepe quoq;  
in hominum conspectu, to-  
rum agit contrarium; qui ma-  
nu sua pro impudicitæ vitæ  
instrumento; & tanquam al-  
ter Iudas, suo abutitur ore, ut  
tradat Christum Dominum  
impudicis osculis: lingua, ad  
proferendum verba, colloquia,  
sermones & cantilenas parum  
honestas: Et in summa cun-  
ctis suis abutitur membris, &  
mille

mille immunditiæ committæ  
genera: ô scelerata manus, ex-  
communicatum os, maledi-  
cta lingua, Sacrilegus Sacer-  
dos procul dubio talis. Quo-  
modo fieri poterit, inquit ille  
Parisiensis, quod eiusmodi Sa-  
cerdos audeat Sacratissimum  
Filij DEI, istis manibus con-  
trectare corpus, quibus pau-  
lò ante nefandissimas conti-  
gerat partes: Hinc Dionysius  
Carrhusianus ait, Habes Sa-  
cerdotes qui angelicam de-  
buissent ducere vitam, bestia-  
les effectos, & decies istis be-  
stijs euasere peiores: postquã  
illo ore, illisque manibus tra-  
ctant Filium purissimæ Virgi-  
nis Mariæ, quibus contrecta-  
uere

uere suæ impudicissimæ Veneris filias.

*Consideratio tertia.*

**Q**UOD si Sanctus Ioannes Baptista, in materno sanctificatus utero, qui ab infantia cum tanta vitæ puritate, & sanctimonia vixit in Eremitio, & illud illustre ab ipsamet increata Sapientia meruit reportare encomium, quod inter natos mulierum nullus maior illo: nihilominus tamen, dum Christus ab eo peteret Baptismum, non ausus fuit venerandius capitis verticem tingere limphys. Quomodo tu audebis impure Sacerdos, non dico tangere, sed glutire, vel  
vt.

vt melius dicam, in tui sordidissimi pectoris cloaca Sacratissimum, ac purissimum Domini IESV Christi Incarnati Verbi, sepelire corpus; Si ille formidavit baptizare illum, à quo ipsemet baptizandus, quomodo præsumes tu recipere illum, à quo districtè severèque iudicandus, & fortè condemnandus? Quid habes tractare, inquit Petrus Damianus, corpus Christi, qui propter tuam immundiciam, es membrum Antichristi?

Considera præterea, quod si tantoperè offensus fuit Deus, quod Filij Seth de Scirpis Cain mulieribus acceperint vxores: vt propterea (Saceris sic asserentibus, Doctoribus)

bus) vniuersalem diluuij, in vniuersum terrarum orbem miserit inundationem: quanto amplius illi Sacri Altaris Sacerdotes offendent DEVM: qui vti veri eius filij, suum prætergrediuntur præceptum, castitatisque perpetuæ violant votum, quo in eius sese obstrinxerunt honorem: qui nõ in legitimo Matrimonio, sed in sacrilego viuunt concubinato?

Insuper, consideratione dignum hoc, quod in quadam sua Epistola scribit Clemens Papa, in qua testatur, quomodo inter cætera præcepta à S. Petro data vnum vel præcipuum fuerit hoc: vt Sacri Mysterij Dominici nõ eligerentur per-

personæ, quæ priusquam ordinarentur illis sacris Ordinibus, non suas jam reliquissent vxores. Et si post collatos sacros Ordines, denuò ad suas accederent vxores: amplius non ingrederentur Sacratium, neque peragerent amplius Sacrificium, neq; sacrum contingeret altare, nec ab alijs holocausti reciperent oblationem: non circumgestarent augustissimum Dominicum corpus: non funderent Sacerdotis manibus aquam, non gestarent ampullas, neque Calicem: sed duntaxat occluderent ostia exterius, ceteraque humiliora exercerent officia. Sic S. Clemens scriptis reliquit in Epist. ad Frat. Domini,

Vbi

Vbi considerandum: quod  
si S. Petrus Apostolus, Christi  
in terra Vicarius, ob solam cō-  
jugalem impuritatem, sacri  
Altaris ministrum censuit in-  
dignum, non dico qui imma-  
culatum offerret Sacrificium  
altaris, vel ministraret, sed in-  
dignum qui intraret Sacrari-  
um, tangeret altare, gestaret  
ampullas, ne Sacerdotis ma-  
nibus infunderet aquam: atq;  
vix illi humilia permitteren-  
tur officia, vt claudere extrin-  
secas Ecclesiæ portas, & simi-  
lia. Quæ illa Sacerdotis futu-  
ra indignitas, qui jam nō cum  
legitima vxore, sed cum im-  
puris mulierculis, multis alijs  
modis abominabilibus con-  
tra omnem legem naturalem,

humanam ac diuinam se con-  
taminat.

*Consideratio quarta.*

**C**ONSIDERA, quam justè  
de malis Altaris Ministris  
sic conqueratur S. Bernardus:  
Curritur passim inquit, ad sa-  
eros Ordines, & reuerenda ipsi  
quoque Spiritibus Angelicis mi-  
nistria, homines apprehendunt  
sine reuerentia, sine considera-  
tione. Neque enim cœlestium  
ment imperij gestare coronam  
in quibus iniquitas, & luxu-  
ria principatur: in quibus &  
pessima fortè appareat intra  
parietes abominatio, si juxta  
Ezechielis prophetiam parie-  
tem fodiamus, Et in domo D. E. I.

Videamus horrendum. Siqui-  
dem post fornicationes, post ad-  
ulteria, post incestus, nec ipsa  
quidem apud aliquos ignomi-  
nie passionis, & turpitudines  
opera desunt. Inimicus nempe  
hominum sulphurei illius in-  
cendij reliquias infelices circum-  
quaque dispersit: execrabili illo  
inere Ecclesie corpus aspersit,  
& ipsorum quoque Ministro-  
rum eius nonnulla sanie fadis-  
sima, spurcissimaque respersit.  
Et tamen ingrediuntur cum hac  
macula Tabernaculum DEI  
viventis, inhabitant cum macu-  
la, templum sanctum Domini  
polluentes, iudicium multiplex  
accepturi, quod & tam gravif-  
simas conscientias gerunt, & ni-  
hilominus sese ingerunt in San-

*Quarum DEI, D. Bernardus.*  
De Conuers. ad Cler. cap. 29.

De hisce talibus Sacerdotibus, per suum Vatem Malachiam, sic grauissimè lamentatur DEVS cap. I. *Ad Vos, ô Sacerdotes, qui despicitis nomen meum, & dixistis: In quo despeximus nomen tuum? Offeritis super Altare meum panem pollutum, & dicitis, In quo polluimus te.*

Ad vos ô Sacerdotes, ô misera Mater Ecclesia quanto benignius, & amabilius citra vllam exceptionem, in sinum tuum colligis recipisque omnes, quotquot ad te veniunt ad seruiendum amabilissimo Sponso tuo IESV Christo, tanto amplius ab hisce illegitimis.

timis filijs prodita dilaceraris  
& sacrilegè inhonoraris. Ve-  
rissimum illud D. Bernardi di-  
ctum : Dilatata siquidem vi-  
detur Ecclesia, ipse etiam Cle-  
ri sacratissimus Ordo, fratrum  
numerus, super numerum  
multiplicatus est. Verum etsi  
multiplicasti gentem Domi-  
ne, non magnificasti lætitiã,  
dum nihil minus apparet di-  
scessisse meriti, quam numeri  
accessisse. Multi utique liber-  
tatem in qua vocati sunt, in  
occasionem carnis dedisse vi-  
dentur, abstinentes remedio  
nuptiali, & in omne flagitium  
effluentes. Utinam qui con-  
tinere non valent, perfectio-  
nem temerariè profiteri, aut  
calibaturui dare nomina vere-

rentur. Effer enim sine dubio melius nubere quam vri, & saluari in humili gradu fidelis populi, quam in Cleri sublimitate & deterius vivere, & districtius judicari. Hucusque Bernardus loco ante citato.

*Consideratio quinta.*

**C**ONSIDERA quoque hoc quod P. Martinus Delrio in suis magicis annotat disquisitionibus. Vbi assignat causam, cur DEVS in sua permittit Ecclesia, vt sceleratissimæ personæ, tam sacrilegè in suis maleficijs, & præstigijs, sacris abutantur rebus; in vindictam nimirum, & castigationem peccatorum malorum  
Chri-

Christianorum : Et præcipue  
in punitionem irreuerentiæ &  
impuritatis Sacerdotum & Mi-  
nistrorum sacri Altaris , qui in  
tam sanctis Ministerijs , non  
debita vitæ puritate, nec mo-  
rum viuunt integritate , pro-  
uocantes hoc modo contra  
seipsos , tremendam illam Dei  
minitationem , per Isaiaë Pro-  
phetæ os enunciata : *Incen-  
sum abominatio est mihi. Neo-  
menias , & Sabbathum , & fe-  
stiuitates alias non feram. Ka-  
lendas Vestras , & solennitates  
Vestras odit anima mea : fa-  
ta sunt mihi molesta , laboravi  
sustinens Auferam sepem eius  
& erit in direptionem ? diruam  
materiam eius , & erit in con-  
sulcationem, cap. 1. & 5.*

Et quam hoc sit vero con-  
sonum, ex Gregorij de Valen-  
tia clarum est Theologia. A-  
struit namque tempore Gre-  
gorij Papæ VIII. ob modicam  
Ministorum altaris honesta-  
tem in Germania, contra Cæ-  
libatus legem delinquentium  
in tantum paulatim deuenisse  
contemptum ipsa augustissi-  
ma Sacramenta, vt ipsi etiam  
Laici ea alijs ministrare præsu-  
merent. Tom. 4. Disp. 9. q. 5.  
§. 3.

Neque solum permittit  
Deus, tam malè tractari & de-  
spici res sacras, verum etiam  
ipsofmet Sacerdotes, & sacri  
Altaris Ministros ab omnibus  
contemni & vili pendi, vt per  
suum Prophetam Malachiam  
sic

fic inculsat Sacerdotes: Vos autem recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege; propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis.

Quod quam sit verum, palam liquet: Nullæ enim personæ sic in mundo habentur respectui, sicuti Ecclesiasticæ, quemadmodum hoc Romanus satis perspicuè annotat Catechismus, vbi hisce verbis reprehendit multorum Ecclesiasticorum peruersitatem: Quorum turpitude, & improbitas Sacerdotali Ordini magnas tenebras offundit; ita ut jam nihil ferè à fidei populo haberi possit contemptus, & abiectus.

De Ord. Sacram.

P 5

Et

Et notandum etiam illud, quod deterius est: euoluendo namque historias, reperies maiorem Hæresis partem in mundo enatam, suamque traxisse originem, ab Ecclesiasticis personis: quia à Religione, vel de Clericali apostatarunt statu, & omnium vitiorum sese exposuere prædæ. Quales fuerunt Arrius, Nouatianus, Paulus Samosatenus, Nestorius, Eutyches, Pelagius, Lutherus, & alij multi Hæresiarchæ, qui in castigationem suæ perfidæ impietatis, & impiæ perfidiæ à DEO maledicti, & à sancta Ecclesia Catholica excommunicati sunt & anathemazati.

*Consideratio sexta.*

**C**ONSIDERA, quanti ipsi  
Gentiles Sacerdotes in su-  
orum falsorum Deorum cul-  
tu, vitæ æstimauerint purita-  
tem, cum enim attestante Vir-  
gilio, perpetuam tueri tene-  
rentur continentiam, varijs v-  
rebantur modis & industrijs,  
vt puros & castos se præsta-  
rent. Hinc inter alia exempla  
legimus, Sacerdotis Marris  
Deum, tegula genitales sibi  
incidisse partes. Et qui maio-  
ra oblaturi Sacrificia, certis  
quibusdam herbis sese fecisse  
Eunuchos.

In hoc proposito asserit  
quoque Plutarchus, Ægypti  
Sacerdotes, à sale, carne, lacti-  
cinijs,

cinijs, & vino abstinere solitos : quemadmodum Cheredemus astruit Stoicus, vt hoc pacto concupiscentiæ extinguerent ardorem, quo maiore puritate, rebus attenderent diuinis.

Refert & D. Augustinus, Æthiopiæ Sacerdotes, in cibarijs suis, pro libidinoso edomando calore rura vsos.

Et D. Hieronymus ad Iovinianum scribit, Athenienses Sacerdotes, Herophantas dictos, cicutæ potionem se castrare solitos.

Romanis quoque Sacerdotibus, qui Flaminei Diales dicti, stricta prohibitione interdictum, ne fabas, ad euitandum libidinis incentiuum,

man-

manducarent : Hinc etiam ijs  
hederam ( quia impudicitiae  
symbolum, ) circumgestare il-  
licitum. Eadem de causa sic  
à caprae abhorrebant carnibus,  
quia libidinosum animal, vt  
non solum tangere, sed nec  
nominare etiam dignarentur,  
eò quod contrarium eorum  
professioni, quam faciebant  
castitatis, & purae conseruan-  
dae vitæ ergo.

Dearum quoque Sacerdo-  
tes, vt stulta finxit Gentilitas,  
aut erant Virgines, seu castè  
viuebant, & eam ob causam, à  
suis sese segregabant Maritis.  
Vt fusius tractatum est in  
Triumpho castitatis, Parte 1.  
cap. 44.

Si ergo Gentiles Sacerdotes,  
in fallorum suorum Deorum  
cultu, (qui nil aliud erant quàm  
infernales Diaboli, juxta illud  
dictum Prohereticum: *Omnes  
dij gentium demonia*) tanta di-  
ligentia vtebantur & indu-  
stria, pro vitæ tutanda purita-  
te: Dicito mihi ô Veri Dei Sa-  
cerdos, & eius sacri Altaris Mi-  
nister, quo confusionis rubo-  
re, & quo ruboris suffunderis  
pudore, in extremo illo Iudi-  
cij die, quando totus mundus  
palam cernet, non obstanti-  
bus diuinis & supernaturali-  
bus auxilijs, & gratiæ Sacra-  
mentis: tot tantisque coelesti-  
bus illustratus acudiculq; lu-  
minibus, non tantam in veri  
Dei cultu exhibueris impen-  
deris.

dērisque diligentiam, quam  
tam Gentiles, in suorum fal-  
sorum Deorū veneratione im-  
penderūt industriam? Quid di-  
ces tunc, vbi videris Idolola-  
tras in honorandis inferni Dæ-  
monibus, ac suam æternam  
damnationem fuisse diligen-  
tiores, quam tu in honorando  
Altissimo DEO Creatore, &  
Redemptore tuo, in Rege An-  
gelorum & totius Curiaē cœ-  
lestis vniuersali Governatore,  
idque in perpetuam salutem  
& benedictionem. Hinc me-  
ritò D. asserit Chrysostomus,  
peccatorum Sacerdotem, in  
extremo Iudicio, ab omni Sa-  
cerdotali spoliatum iri digni-  
tate, adnumerandum ho-  
mini.

minibus infidelibus & Hypocritis. Hom. 4. in Matth.

*Notabilia exempla circa illos  
qui indignè & irreverenter Sa-  
cro sanctum Missæ peregrè  
Sacrisium.*

*Exemplum I.*

**N**ARRAT Palladius, dum  
quadam die inuiseret Ma-  
charium Eremitam, quen-  
dam ante eius fores vidisse Sa-  
cerdotem, totum vulneribus  
faucium: cuius capitis putre-  
facta ossa: qui dum Machario  
supplex factus, ve suis oratio-  
nibus vulnerum suorum im-  
petraret sanitatem, abnuic  
Sanctus, asserens hanc illi à  
Deo

Deo missam infirmitatem, in  
correptionem & vindictam,  
suæ sacrilegæ temeritatis, &  
temerariæ præsumptionis, qua  
ausus fuit celebrare Missam  
in fornicationis delicto. Nec  
vnquam à Deo illi voluit im-  
petrare sanitatem, quoadus-  
que promitteret, se de cætero  
ad tremendum altaris non ac-  
cessurum Sacrificium. Quod  
cum se facturum cum jura-  
mento promitteret, nec am-  
plius omni vitæ suæ tempore  
peccaturum sponderet: intra  
paucos dies S. Macharii inter-  
pellantibus precibus, pristinæ  
fuit restitutus sanitati. In vi-  
ta S. Macharij Alexand.

cap. 2.

Q

EX-

## Exemplum II.

**R**efert idem Thomas Cantipratanus in hunc modum tale sequens exemplum. Propè villam in qua natus fui: Sacerdos lubricus & immundus fuit. Et olim quidem, cum immundis mulieribus, panem illum legalem Sabbati, significantem hunc panem vitium, edere non liceret, infelix ille Presbyter, hunc quotidie pollutus ore, sumebat. Et vidit vindictam Dei. Os eius, circa nasum, & mentum, & lingua computruit, ita ut vix posset præ foetore ab amicissimis sustineri. Sed & alius in Gallia fuit, ut quondam puer audiui, cuius manus super Aram

extensæ, igne coelesti, vsque ad  
cubitos combustæ, & consum-  
ptæ. Lib. 2. Apum. cap. 40.  
Part. 6.

*Exemplum III.*

**L**EGITUR in speculo ex  
Lemplorum, quod Sacer-  
dos quidam sæcularis, dum  
quadam die Missam celebra-  
ret, alius ei assistens, vidit in  
Patena tempore sumptionis,  
non speciem panis, sed infan-  
tis. Quem cum Sacerdos le-  
uaret, vt sumeret, cœpit infan-  
culus ille faciem auertere, & ne  
sumi posset, manibus, & pedi-  
bus reluctari: & non semel iste  
homo deuotus hoc vidit, sed  
sæpius. Cui idem Sacerdos

Q 2 qua:

quadam vice dixit inter cætera. Quoties sumo corpus Christi, cum tanta difficultate sumo, quod mirari non sufficio. Cui ille. Consulo vt corrigas te: nam hoc & ego vidi de te. Quod audiens Sacerdos vitam mutavit, emendationemque proposuit. Et cum postea celebraret, visus est ille infans ab illo deuoto homine, junctis manibus & pedibus, cum summa velocitate illabi in os Sacerdotis. Dist. 9, cap. 190.

*Exemplum IV.*

**R**efert Cæsarius, quod temporibus in Regno Franciæ fuit quidam Sacerdos qui

qui in nocte Natalis Domini,  
fornicationis commisit deli-  
ctum: & nihilominus nō prae-  
termisit, juxta morem tres ce-  
lebrare Missas: sed in qualibet  
istarum Missarum, tale euenit  
prodigium: Transubstantia-  
tione facta, panis videlicet  
in corpus, & vini in Sangui-  
nem Christi. Columba niuea,  
ipso Sacerdote aspiciente su-  
per Altare descendit, totumq;  
ebibens, quod erat in Calice,  
rostro suo Hostiam tulit & a-  
uolauit. Quo facto per mise-  
ricordiam DEI infelix com-  
punctus Sacerdos, venit ad  
quendam Abbatem Cisterciē-  
sem, Confessionem ei faciens  
tanti peccati, exposuit ei rei

omnem ordinem, cum multis  
lacrymis, videlicet, quam in-  
dignè tertio repulsus sit à di-  
vinis Sacramentis. Abbas ve-  
rò sicut vir prudens, & discre-  
tus, contritum eum ex toto  
corde considerans, virtutem  
contritionis probare volens,  
dandam poenitentiam suspen-  
dit, & ut ocyus iret celebrare  
Missam, præcepit. Ille vero,  
quasi Deo, obediens Confes-  
sori suo, cum multo tremore,  
& lacrymis, ad Altare Missam  
celebraturus accessit: quem  
pius Dominus, qui nihil ho-  
rum odit quæ fecit, sed dissi-  
mulat peccata hominum, pro-  
pter poenitentiam, mirabiliter  
lætificavit. Ante horam sum-  
ptionis Columba rediens, tres  
Ho-

Hostias, quas singulatim tulerat, simul rostro deferens, corporali imposuit, & Missarum liquorem de gutture suo Calici immisit ac recessit. Videns hæc Presbyter gaudio repletus est maximo, gratias agens Deo qui facit mirabilia magna solus. Reuersusque ad Abbatem, diuinam ei consolationem recitauit, & vt ab eo in Monachum susciperetur, humiliter supplicauit. Cui respondit Abbas, nō te hoc tempore suscipiam; sed volo vt mare pro maiore satisfactione transeas, & pro peccato tuo tribus annis, in hospitali infirmantibus seruias, quod & perfecte impleuit, ad gloriam Domini nostri.

*Exemplum V.*

**F**VIT quidam Sacerdos, ma-  
 iorem carni, quam spiritui,  
 curam impendens. Is dum  
 vice quadam honestos viros  
 foeminasque ad suum conui-  
 vium inuitasset, mancipium,  
 cui hoc ex officio incumben-  
 bar, non vili pretio coemptos  
 pisces igni elixandos, iussit ap-  
 ponere, atque huiusmodi cura  
 distractus, ad celebranda diui-  
 na mysteria, ipsis etiam Ange-  
 licis humeris formidanda,  
 mente vagus, corde aridus,  
 cura dispersus, rapido cœpit  
 cursu properare. Cumque in  
 media actione consisteret, & in  
 flamma merito debuisset af-  
 fectione sudasse: sollicita men-  
 te

te cogitare cœpit, & importu-  
nis curis turbari, ne fortè præ-  
dicti pisces, aut plus digno aut  
minus debito salibus iniectis  
condirentur. Verum cum præ-  
dictus Sacerdos, se ab huius-  
modi, & tali hora, indecenti-  
bus phantasmatibus non co-  
hiberet: tum ecce diabolus  
ceu terra quadam fuligine te-  
ctus, adest, ac etiam raptum  
cacabum è medijs flammis, v-  
na cum piscibus secum detulit  
ad Altare. O coce, inquit, non  
presbyter, cur fatuis curis in-  
diuersa distraheris? Ecce pi-  
sces hic sunt, ecce sal (vas e-  
nim salibus plenum exhibuit)  
inijce quantum libuerit, & vel  
de cætero sacris Altaribus ani-  
mæquior factus assiste: atque

Q s sic

Sic irrita presbyteri superflua  
 cura, onera quæ portavit, suo  
 loco restituit. Ô ergo nimis in-  
 stabile cor humanum, cur in  
 tam tremenda hora in diuersa  
 raptaris! Ecce Cœlum patet  
 precibus, tuis præceptis tota  
 Trinitas personarum obedit,  
 & vniuersa cœlestis Curia, te  
 ante aras æterni Regis stantem  
 expauescit, & tu misera qua-  
 dam leuitate iactatus de pisci-  
 bus salientis, curam versas,  
 stansque ante Altare Domini  
 Dei nostri in fumosas latebras  
 coquinæ circumuadis, vt co-  
 gitatione cordis tui coquina-  
 lia tractes, quæ neque te, neq;  
 Principem sæcularem tractare  
 decet: in tam tremendo Sacri-  
 ficio ipsummet Deum viuo-

rum ac defunctorum Iudicem  
ibidem præsentem, tam vaga-  
bundè & distractè tractas?  
Dist. 10. Exemp. 28.

*Exemplum VI.*

**S**ANCTVS Paulus Apõsto-  
lus, tractando de augustif-  
simo Altaris Sacramento, scri-  
bendo Corinthijs: in quadam  
epistola, postquam illos ad-  
hortatus, vt probè seipso ex-  
aminarent, priusquam ad tan-  
tum recipiendum Sacramen-  
tum accederent, ne indigna  
sumptione æternam sibi ma-  
ledictionem & damnationem  
accirent: ideo sequentia sub-  
iungendo verba ait: *Ideo inter*  
*vos multi infirmi, & imbecilles,*  
E

Et dormiunt multi. Hoc est, v-  
 ri Liranus exponit: Quia in-  
 dignè sacram accipitis Com-  
 munionem, multi ex vobis  
 grauibus & longis à Deo casti-  
 gantur infirmitatibus, ac plu-  
 rimi subitanea & repentina ex-  
 tinguuntur morte. Et quia  
 diuinæ istæ punitiones ( asse-  
 rente sic D. Hieronymo) tunc  
 ob prædicta delicta euenie-  
 bant Corinthijs: eueniunt e-  
 tiamnum nostris temporibus  
 eadem ex causa, multis Chri-  
 stianis. Et quia multi, inquit,  
 talia non patiuntur, hoc attri-  
 buunt consuetudini, quod at-  
 tribuendum culpæ.

Teste quoque D. Anselmo,  
 propter tale peccatū post Pa-  
 scha multi varijs corporali-  
 bus.

bus castigantur infirmitatibus, quia indignè Redemptoris sumpserunt corpus.

Et si sub veteri lege Oza, Sacerdos, quia indignè attigerat Arcam Domini, repentina correptus morte: quanto amplius timendum illis, à talibus castigationibus, qui non solum tangunt, verum etiam intra sua immunda pectora Filij Dei recipiunt Corpus?

Iudas traditor, vt sacrum pandit Euangelium, accepto in vltima Coena indignè corpore Domini, statim in illum intrauit Dæmon: & primum eum induxit, vt Seruatorem traderet; ac dein in desperationis præcipitavit barathrum. Ex quibus exemplis clarè liquet,

quet, eos qui indignè divinum  
accipiunt Sacramentum, à  
Deo grauibus corporis subij-  
ci infirmitatibus, subitanea  
discedere morte, variè diuxa-  
rià Diabolo, facilè in enor-  
mia labi peccata, & per conse-  
quens pessima occumbere  
morte.

**ORATIO PRÆPARATORIA**  
*ad audiendas Confes-  
siones.*

*Antiphona.*

**C**OR mundum crea in me  
Deus, & spiritum rectum  
innoua in visceribus meis. Ne  
proiecias me, facie tua, & Spiritum  
sanctum tuum ne aufe-

ras à me. Redde mihi lætitiã  
salutaris tui, & spiritu princi-  
pali confirma me. Docebo ini-  
quos vias tuas, & impij ad te  
conuertentur.

*Oremus.*

**O**MNIPOTENS & mise-  
ricors DEVS, qui me in-  
dignum Sacerdotalis officij  
Ministrum fecisti; atque ad o-  
randum, & interpellandum  
ad Dominum nostrum Iesum  
Christum Filium tuum pro  
peccatoribus & ad pœnitenti-  
am reuertētibz mediatorẽ  
constituisti; concede mihi pro-  
pitius Beata MARIA semper  
Virgine intercedente, cum  
Beatis Angelis Custodibus no-  
stris.

tris, & omnibus Sanctis, tuæ  
diuinæ charitatis affectum, vt  
quæ mei sunt muneris dignè  
valeam implere: ac famulis,  
famulabusque tuis ad pœni-  
tentiam reuertentibus spiri-  
tum veræ compunctionis lar-  
giri digneris, vt resipiscant à  
diaboli laqueis, quibus adstri-  
cti tenentur, & ad te per di-  
gnam satisfactionem, & emē-  
dationem reuertantur. Per  
eundem Dominum nostrum  
I E S U M Christum Filium tu-  
um: qui tecum viuit, & re-  
gnat in vnitate Spiritus sancti  
Deus: Per omnia sæcula sæ-  
culorum, Amen.

*Cum*

*Cum accedit pœnitens, signo  
Crucis facto super eum,  
dicit.*

**D**OMINVS IESVS Chri-  
stus sit in corde tuo, & in  
labijs tuis, vt dignè, & com-  
petenter confitearis peccata  
tua, ad laudem, & gloriam no-  
minis sui, Amen.

*Formula Absolutionis.*

**M**ISEREATUR tui omni-  
potens DEVS, & dimissis  
peccatis tuis perducatur te ad vi-  
tam æternam, Amen.

R      In-

**I**NDVLTENTIAM, absolu-  
tionem & remissionem om-  
nium peccatorum tuorum  
tribuat tibi omnipotens, &  
misericors Dominus, A-  
men,

*Postea extendens manum ver-  
sus illum, dicat.*

**D**OMINVS IESVS Chri-  
stus absoluat te, & ego au-  
toritate ipsius, absoluo te in  
primis à vinculo excommu-  
nicationis, Suspensionis, & In-  
terdicti, in quantum possum,  
& tu indiges (sic dicitur; quan-  
do Paenitens est Ecclesiasticus,  
habens aliquem Ordinem: Si  
vero sit Laicus, omittitur Ver-  
bum,

*bum, Suspensionis, & postea  
prosequitur ad Absolutionem  
ascens)* Deinde EGO TE  
ABSOLVO à peccatis tuis:  
In nomine  $\text{H}$  Patris, & Filij, &  
Spiritus sancti, Amen.

*Postea remouens manum,  
dicit.*

PASSIO Domini nostri IE-  
SV Christi, & merita Beatæ  
Virginis MARIAE, & omni-  
um Sanctorum, & quicquid  
boni feceris, & mali patienter  
sustinueris, sint tibi in remis-  
sionem peccatorum, augmen-  
tum gratiæ, & præmium vitæ  
æternæ, Amen. Vade in  
pace.

*In Reconciliationibus, satis  
erit incipere Absolutionem ab  
ijs Verbis. Dominus IESVS  
Christus absoluat te, &c. omif-  
fis alijs precedentibus precatio-  
nibus.*

*Oratio recitanda post auditas  
Confessiones.*

**D**OMINE IESV Christe,  
dulcis amator, & sancti-  
ficator animarum, purifica  
obsecro, per infusionem san-  
cti Spiritus cor meum ab om-  
ni affectione, & cogitatione  
vitiosa; & quidquid à me in  
meo munere, siue per negli-  
gentiam, siue per ignorantiam  
peccatum est, pro tua infinita  
pietate & misericordia supple-

re digneris. Commendo tuis  
amabilissimis vulneribus om-  
nes animas, quas ad poeniten-  
tiam traxisti, & tuo preciosissi-  
mo Sanguine sanctificasti, ut  
eas à peccatis custodias, & in  
tuo timore, & amore conser-  
ues, in virtutibus indies ma-  
gis promoueas, atque ad vi-  
tam perducas æternam. Qui  
cum Patre, & Spiritu sancto  
viuis, & regnas in sæcula sæ-  
culorum, Amen.

F I N I S.

*Ad laudem, & gloriam I E S U  
Christi, eiusq; Sanctis. Mo-  
tris Virginis Mariae.*

---

---

DEVOTISSIMVS, QVO  
ndie sacratissima quinque vul  
nera Domini nostri IESV  
Christi, salutandi mo  
dus.

I. DVLCISSIME IESV, ad  
doro vulnus Manus  
tuæ dextræ. Da mihi quæso  
victoriam de meipso, & grati  
am extirpandi ex corde meo  
omnia vitia, & inclinationes  
malas. Recomendo tibi in  
hoc vulnus, vniuersalem san  
ctæ Ecclesiæ statum, conuer  
sionem infidelium, & redu  
ctio.

tionem ad eandem omnium  
hæreticorum.

Pater noster, &c.

Aue Maria, &c.

II. Patientissime Iesu adoro  
vulnus manus tuæ sinistrae,  
Rogo te, da mihi patientiam  
in omnibus adversitatibus,  
largire mihi fortitudinem in  
extremo vitæ momento, &  
gratiam evitandi mortem æ-  
ternam. In idem vulnus tu-  
um sacrosanctum, commen-  
do tibi tuos vtriusque sexus fi-  
deles.

Pater noster, &c.

Aue Maria, &c.

III. Amabilissime IESU  
adoro sacratissimum vulnus

R 4 pe-

pedis tui dextri. Da mihi  
 quæso gratiam, progrediendi  
 semper in melius in via tuo-  
 rum sacratissimorum manda-  
 torum, in operibus bonis, &  
 augmento omnium virtu-  
 tum, secundum tuam sanctis-  
 simam & diuinam volunta-  
 tem. In idem sacratissimum  
 vulnus commendo tibi om-  
 nes Ecclesiasticos, & vtriusque  
 sexus Religiosos.

Pater noster, &c.

Aue Maria, &c.

IV. Benignissime IESU,  
 adoro sacratissimum vulnus  
 pedis tui sinistri. Obsecro te,  
 libera me ab omnibus pericu-  
 lis, tam animæ, quam corpo-  
 ris, & da mihi gratiam effu-  
 gien-

giendi omnia peccata, & peccandi occasiones. In idem vulnus sacratissimum recomendo, propinquos, amicos, inimicos, & omnes omnino pro quibus orare teneor.

Pater noster. &c.

Aue Maria, &c.

V. Amabilissime & misericordissime IESU, indignissimus ego in tuo conspectu peccator, adoro vulnus sacratissimi lateris tui. Oro humilime, vt ardentissimo tuo amore me incendas, vt omni inordinato affectu ad quas-cunque creaturas derelicto, tu solus semper cor meum inhabites. Commendo huic sa-

R

S

cia.

258.

eracissimo vulnere tuo, omnes  
animas, quæ in purgatorio  
detinentur.

Pater noster, &c.  
Aue Maria, &c.

---

---

LITANIA  
DE NOMINE  
IESV.

**K**yrrie eleison.

Christe eleison.

Kyrrie eleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pa.

Pater de coelis Deus, Misere  
nobis.

Fili Redemptor mundi  
DEVS,

Spiritus sancte Deus,

Sancta Trinitas vnus DEVS,

Iesu Fili DEI viui,

Iesu potentissime,

Iesu fortissime,

Iesu perfectissime,

Iesu gloriosissime,

Iesu mirifice,

Iesu iucundissime,

Iesu carissime,

Iesu splendidior stellis,

Iesu pulchrior luna,

Iesu clarior sole,

Iesu admirabilis,

Iesu honorabilis,

Iesu humillime,

Misere nobis.

Iesu.

Iesu mitissime,  
 Iesu patientissime,  
 Iesu obedientissime,  
 Iesu dulcissime,  
 Iesu amator castitatis,  
 Iesu amor noster,  
 Iesu amator pacis,  
 Iesu speculum vitæ,  
 Iesu exemplar virtutum,  
 Iesu zelator animarum,  
 Iesu refugium nostrum,  
 Iesu pater pauperum,  
 IESV consolator afflicto-  
 rum.  
 Iesu thesaurus fidelium,  
 Iesu gemma pretiosa,  
 Iesu armarium perfectio-  
 nis,  
 Iesu bone pastor ouium,  
 Iesu stella maris,  
 Iesu lux vera,

Miserere nobis.

Iesu

Iesu sapientia æterna,  
 Iesu bonitas infinita,  
 IESV gaudium Angelo-  
 rum,

IESV Rex Patriarcharum,  
 IESV inspirator Prophe-  
 tarum,

IESV magister Apostolo-  
 rum,

IESV Doctor Euangeli-  
 starum,

IESV fortitudo Marty-  
 rum,

IESV lumen Confesso-  
 rum,

IESV corona Sanctorum  
 omnium,

Propitius esto , Parce nobis  
 Iesu.

Propitius esto , Exaudi nos  
 Iesu.

Ab

Miserere nobis.

Ab omni malo,  
 Ab omni peccato,  
 Ab ira tua,  
 Ab insidijs Diaboli,  
 A transgressionibus manda-  
 torum tuorum,  
 Per incarnationem tuam,  
 Per aduentum tuum,  
 Per natiuitatem tuam,  
 Per labores tuos,  
 Per flagella tua,  
 Per mortem tuam,  
 Per resurrectionem tuam,  
 Per ascensionem tuam,  
 Per coronationem tuam,  
 Per gaudia tua,  
 Per gloriam tuam.  
 Peccatores. Te rogamus audi  
 nos.  
 Vt pacem nobis dones, Te ro-  
 gamus audi nos.

Liberate nos Iesu,

Vt

Vt sanitatem nobis do-  
nes,

Vt compunctionem cor-  
dis nobis dones,

Vt fontem lacrymarum  
nobis dones,

Vt illicitas voluptates à  
nobis abscindere dig-  
neris.

Vt spatium poenitentiæ no-  
bis dones,

Vt remissionem omnium  
peccatorum nostrorum  
nobis dones,

Vt gratiam tuam nobis  
concedere digneris,

Vt ad gaudia æterna nos  
perducere digneris,

Vt Dominum Apostoli-  
cum in sancta religione  
conseruare digneris,

Vt

Te rogamus audi nos.

Ut nobis tua misericordia, vi-  
tam & prosperitatem, vi-  
ctoriam, atque post obitum  
requiem æternam donare  
digneris, Te rogamus audi  
nos.

Ut cunctum populum Chri-  
stianum in perpetua pace  
conseruare digneris, Te ro-  
gamus audi nos.

Ut animabus parentum no-  
strorum, requiem æternam  
donare digneris, Te roga-  
mus audi nos.

Fili DEI, Te rogamus audi  
nos.

IESV qui tollis peccata mun-  
di, parce nobis Domine.

IESV qui tollis peccata mun-  
di, exaudi nos Domine.

IE-

**I**ESV qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

*Antiphona.* Omnis qui inuocauerit nomen Domini saluus erit.

**V.** Sit nomen Domini benedictum.

**R.** Ex hoc nunc & vsque in seculum.

*Oremus.*

**D**EVS qui glorioso ac mirabili nomine dilectum unicum tuum, Filium Redemptorem nostrum, IESVM appellare voluisti: concede propitius, vt qui eiusdem benedicti Saluatoris nomen celebriter veneramus in terris, eius

**S** feli-

felici consortio pereanniter per-  
fruemur in coelis, Amen.

---

## ACTVS CONTRI- TIONIS.

**D**OMINE mi IESV Chri-  
ste, verus DEVS, & verus  
homo, Creator & Saluator  
meus, doleo ex toto corde  
meo quod te offenderim, quia  
tu Deus meus es, & te amo su-  
per omnia; firmiterque statuo  
numquam posthac peccare,  
sed omnes peccandi occasio-  
nes euitare. Propono quoque  
peccata mea confiteri, poeni-  
tentiam quæ iniuncta fuerit  
exsoluere, & si quid alicui de-  
beam.

beam, restituere. Amore eti-  
 am tui remitto iniuriam om-  
 nem à quocunque mihi illa-  
 tam, Insuper ad expianda pec-  
 cata mea, offero Maieftati tuæ  
 vitam, labores, & bona opera  
 mea yniuerfa. Vt verò humil-  
 limè peccatorum meorum re-  
 miffionem efflagito: ita confi-  
 do, ab infinita bonitate tua,  
 per merita fanctiffimæ passio-  
 nis, Sanguinis, & mortis tuæ,  
 ea mihi remittenda: præstan-  
 dam etiam gratiam, qua vi-  
 tam meam emendem, & in  
 fanctiffimo feruitio tuo in fi-  
 nem vsque perfeuerem.

Amen.

*Bre-*

*Brevior.*

**O**DEVS meus, doleo ex  
 animo de omnibus pec-  
 catis meis; idque maximè,  
 quia diuinæ tuæ displicent  
 Maieitati.

*Alius.*

**O**IESV, doleo ex amore.  
 tui quod offenderim te.  
 Peccaui: ô quam doleo, ex so-  
 lo amore tui.


Ad sueſce hunc actum elice-  
 re dicendo, IESVS.


F I N I S.


dex  
ec-  
nè,  
ent

re.  
te-  
fo-

ce-







DECRETA  
A SACRA  
RIT. CONGREGATIONE

IN ORDINE ADMIS-  
*sam & Divinum Officium.*

Post Missalis, ac Breu. Roma-  
ni recognitionem, con-  
dita,

Ex Comment. in Rub. eiusdem  
Missalis ac Breu. à M. R. P. Bar-  
tholomæo Gauanto Cler. Regul.  
S. Pauli, eiusdemque Sac. Congr.  
Consultore editis, & in secunda  
editione Rom. recognitis, & lo-  
cupletatis.

*Fideliter à DOMINICO  
BELLO excerpta.*


Superiorum Licentia.


MONACHII,

Formis Nicolai Henrici


---

M. DC. IL.





Decreta ad missam pertinentia. 103  
Divinum officium respicientia. 18  
Regule p. Missa et officio. 29  
ad rubricas Breviary. 38.  
de missis votivi. 51  
de missis Regem. 67



# DECRETA

SAC. RIT. CONGREG.  
quæ ad Missam attinent.

I.

**D**OTEST celebrari  
 Missa pro Defun-  
 ctis ritu de Re-  
 quem, in Domi-  
 nicis, & Festis insepulto, & in  
 Ecclesia præsentis corpore: Sic  
 decrevit Sac. Rit. Congreg.  
 die 23. Maij 1603. *Vbi nimi-  
 rum viget consuetudo sepeliendi  
 defunctos simul cum Missa. Si  
 quis autem moriatur in die Pa-  
 scha, corpus eius reservetur us-*

*ad 3. se-*

Sequentē diem, ob reuerentiā Pascha: ex Rituali Romano Pauli V.

2. Si terminatur Processio Litaniarum Maiorum ad Ecclesiam S. Marci, cantatur ibi Missa de S. Marco; eadem Sacra Congr. die 23. Maij, 1603.

3. Cineres qui imponuntur capitibus fidelium, debent esse aridi; non in modū luti sunt distribuendi: 23. Maij, 1603.

4. In Canone nomine Antistitis non sunt nominandi Superiores Regularium: die 12. Nouembris 1605. Nec inferiores Episcopo.

5. Missa de Annunciatione B. Virginis non est celebranda à fer. 5. maioris Hebdomadæ, vsque ad fer. 3. Paschæ inclusiue: die 9. Maij, 1606.

6. Glo-

6. Gloria in excelsis cum Credo omittitur in votivis pro re graui, quando dicuntur cum paramentis violac. die 19. Maij, 1607. Res autem grauis ea est: pro qua conuenit totus Clerus cum Episcopo, & eadem Sac. Rit. Congregat. decreuit eadem die.

7. Cereus Paschalis regulariter accendi debet, ad Missas & Vesperas solemnes in triduo Paschatis, in Sabbato in Albis, & Dom. vsq; ad Ascensionem, in alijs seruanda est consuetudo locorum; die 19. Maij, 1607.

8. Tolerari possunt Missæ de Requie in festo duplici, quod non est de præcepto, pro voluntate Testatorum implenda:

die 1. Septemb. 1607. Non aie-  
ad arbitrium Sincorum, quod  
benè nota, sed pro implenda lege  
Defunctorum.

9. In Altari priuat. Orato-  
rij, cui conceditur ex priuile-  
gio Apostolico celebratio Mis-  
sæ (exceptis solemnioribus fe-  
stis) non potest in eo celebra-  
ri in Natali Domini, Epipha-  
nia, Paschate, Pentec. Annun-  
ciatione, Assumptione B. Vir-  
ginis, festo SS. Apostolorum  
Petri, & Pauli, & omnium San-  
ctorum : die 17. Nouembr.  
1607.

10. Communio Cleri fa-  
cienda est in Coena Domini:  
die 27. Septemb. 1608.

11. Missæ Defunctorum  
certo die dicendæ, eo impedi-

to transferuntur in sequentē :  
die 27. Septemb. 1608.

12. Sabbato Sancto nō sunt  
pulsandæ campanæ ante Ca-  
thedralis. seu Matricis signum:  
die 21. Martij 1609. Neque in  
Diœcesi ante Parochialis si-  
gnum, 9. Februarij 1608.

13. Abbates, & alij Superi-  
ores Regularium non possunt  
benedicere paramenta Eccle-  
siarum non sibi subditarum :  
die 24. Augusti 1609. Neque  
Prorotonarij: die 17. Julij 1627  
Neque valet consuetudo Ab-  
batum, abrogata die 18. Au-  
gusti 1629.

14. Tenentur Canonici ad  
cantandam Missam de die, vt  
lucrentur distributiones : die  
25. Junij 1611. & 8. Ian. 1612.

A. 5

15. Ne-

15. Neque ob Missam votiuam, seu pro Defunctis potest omitti Missa conuentualis de die 16. Ianuarij 1627. abrogauit congregatio omnem contrariam consuetudinem: Julij, 1628.

16. Diaconus non debet dare pacem laicis, neque Domino loc. cit. die 5. Julij, 1614.

17. Regulares debent Crucem ferre in processionibus cum velo, seu panno: 24. Ianuarij, 1617.

18. Non deferatur Tabernaculum Sanctis. Eucharistiæ Sacerdotum humeris, sed manibus tantum celebrantis, non obstante quauis cōtraria consuetudine, quam abusum esse  
de-

*Sac. Rit. Congreg.* 7

declaravit Sacra Rit. Congreg.  
2. Iunij, 1618.

19. In Oratione, A cunctis  
nomina Patronorum S. Mi-  
chaelis, vel S. Ioannis Baptistæ  
præponi debent Apostolis: die  
22. Augusti, 1620.

20. In Parasceue si incidat  
Festum Annunciationis B. V.  
non tenentur fideles ad Mis-  
sam audiendam die 19. Febr.  
1622.

Nec in eadem die distribuē-  
da est Eucharistia alijs, quam  
infirmis: ead. Sacra Congreg.  
eadem die.

21. Missa Rosarij prohibi-  
ta fuit, concessa tantum Ordi-  
ni Dominicanorum 25. Iunij,  
1623.

Vbi vero adest Capella, seu  
 Altare Rosarij, in festo sacra-  
 tissimi Rosarij, ex Decreto Gre-  
 gorij XIII, in prima Dom. Octo-  
 bris in Calendis, vel post Calen-  
 das eiusdem Octobris celebra-  
 do; Officium, & Missa celebrari  
 possunt ut in festo S. Mariae ad  
 Nives, quod observatur in Sede  
 Laurentiana, vel ut in Natiuitate  
 B. Virginis, mutato nomine in  
 Festiuitatis, quod fit Bononia, sed  
 illud prius magis placet cum  
 lect. 2. noct. de Natiuitate.

22. Sae certis Regulari-  
 bus co. sa, non possunt ab  
 alijs dici, etiam in ipsoru Re-  
 gularium Ecclesijs: 19. No-  
 uembris 1622.

23. Vfus annuli in Missa  
 prohibetur Protonotarijs non  
 par-

participantibus, & quibuscun-  
que alijs Doctoribus : die 11.  
Febr. 1623. item & Canonicis  
Cathedralium fuit prohibitus:  
die 20. Nouemb. 1628.

24. Vicario Generali cele-  
brante, licet sic Protonotarius  
non debent accendi quatuor  
candelæ, neque duo Capellani  
ministrare : 7. Aug. 1627.

25. Neque debent poni pa-  
ramenta in altari, nisi pro Epi-  
scopis : 7. Iulij 1612.

26. Qui habet onus cele-  
brandi Missam de Rosario (ex-  
ceptis Dominicis) possunt  
aliam dicere de B. Virgine : die  
6. Maij 1623.

27. In festo Stigmatum san-  
cti Francisci, color albus adhi-  
betur : die 9. Decembr. 1623.

28. Vsus

28. *Vsus pileoli in Missa, extra Canonem, concedi debet à Papa, & non ab alio. Congregatio Cardinalium super negotia Episcoporum 2. Ianuarij 1590. & 17. Ianuarij, 1595. conceffit, extra Canonem, Usum pileoli, Episcopo Faentino, & respondit Archiepiscopo Urbinate, eum non posse uti sine licentia Sedis Apostolica. Idem postea sensit Sac. Rit. Congr. die 31. Ianuarij 1626. & Canon ipse prohibet Episcopo Velatum caput, ergo neque secum, neque cum alijs dispensare potest.*

29. *Celebrans qui distribuit Cineres, Candelas, & Palmas, detecto capite distribuatur: die 18. Iulij, 1626.*

30. *In Missa feriæ 4. Temporum*

num occurrentis in die Octaua  
Natiuitatis B. V. Præfatio feri-  
alis dicitur: die 12. Dec. 1626.

31. Signum quod fit cum  
patena à fronte ad pectus, fit  
integrè cum signo Crucis: die  
13. Martij 1627.

32. In Altaris certis diebus  
priuilegiato, non potest in ijs  
dici Missa de Requiem in festo  
duplici de præcepto: 24. Apri-  
lis, 1627.

33. Communicantes, infrà  
Octauam Ascensionis, con-  
tingit separari à propria Præ-  
fatione 28. Aug. 1627.

*Casus autem talis esse potest, si  
ocurrat festum SS. Philippi, &  
Iacobi Apostoli infrà Octauam  
Ascensionis; nam Præfatio erit  
de Apostolis, Communicantes de*

*Ascens-*

Ascensione, licet in Missa nulla fiat commemoratio: idque accedere potest etiã in Inventione S. Crucis & in Missis solemnibus votivis, quæ dicuntur infra eandem Oct. & habent Præfationem propriam.

34. In festis primæ Classis, non dicitur Oratio, Deus refugium iuxta dicti à Maioribus per annum: die 28. Augusti 1627. Accidit enim à Superioribus decerni pro publica causa, quotidie dicendam Orationem Deus refugium, seu aliam, & tunc dicitur vel loco tertie ad libitum, vel additur Sui commemoratio.

35. In fine Missæ ad quodcunque Altare celebratæ, fit reuerentia Crucis, infra gradus.

duo capite semper aperto: die  
28. Augusti 1627. Rubrica e-  
nim generalis. in Missali reco-  
gnito p. 2. tit. 12. num. 6. sic est  
corrigenenda; Quibus omnibus  
absolutis, extinguuntur per Mi-  
nistrum candela; interim Sa-  
cerdos accipit sinistra Calicem,  
dexteram ponens super bursam,  
ne aliquid cadat, descendit an-  
te infimum gradum Altaris &  
ibi in medio vertens se ad illud,  
caput inclinat, vel si in eo est Ta-  
bernaculum Sanctis. Sacramen-  
ti genuflectit, & facta reueren-  
tia, accipit biretum à Ministro,  
caput cooperit, &c. Hac Rubri-  
ca habetur in recognito Missali,  
licet fuerit tantum adita in Ul-  
timo Missali Vaticano Anno  
1609. quia ideo retinenda

B esse

esse omnino decreuit Sac. Rit.  
Congreg. die, & anno, ut sup.

36. In diebus quibus pro-  
hibetur fieri de festo duplici,  
non possunt dici Missæ voti-  
uæ, neq; de Requiem: die 28.  
Aug. 1627. nimirum infra O-  
ctauam Epiphaniæ; Paschatis  
Pentecost. in Hebdomada Maiori,  
Fer. 4. Cin. & in Vigiliis Nati-  
Domini, & Pentecostes.

37. In Parasceus non im-  
mittitur particula in Calicem  
cum signis Crucis consuetis?  
die 28. Aug. 1627.

38. Sæpius decretum est, E-  
piscopos carere facultate de-  
legandi alijs benedictionem  
paramentorum, & earum re-  
rum in quibus vinctio non ad-  
hibetur.

39. Si ob terræ frigiditatem  
populus veniat ad Ecclesiam  
tardè pro solempni Missa, de-  
crevit Sac. Rituum Congreg.  
præstare quod recitetur tar-  
dius Hora Tertia, quam quod  
cantetur Missa de festo post  
Sextam. *De hoc Decreto testa-  
tur Ioannes Alcocer in suo Cere-  
monials.*

40. Eodem Alcocer teste,  
eadem Sac. Congreg. conces-  
sit insignioribus Regularium  
Ecclesijs vsum planetarum  
plicatarum.

41. Eodem teste, eadem de-  
crevit, Celebrantem & Mini-  
stros sedere posse, dum can-  
tantur Epistola, & Graduale.

42. Missas, quæ circumfe-  
runtur, à Sacra Rituaria  
B a Con-

Congregatione non approbata, Sancti Gregorij pro viuis, & defunctis, XV. Auxiliatorum, & de Patre æterno, & quascunque alias, exceptis ijs, quæ sunt permissæ certis Regularibus tantum, veluti Rosarij Sanctæ Mariæ de Carmelo, & alias sicut etiam Officia ab eadem non approbata, Sacra eadem Congregatio prohibuit, reiecit omninò, & damnauit respectiuè, & prohibitis reiectis, & damnatis haberi voluit 8. Aprilis 1628.

43. Declarauit autem nominatim eadem Sacra Rituum Congregatio per hoc Decretum, non prohiberi Missas xxx. pro Defunctis à D. Gregorio institutas, in Dial. c. 55.

44. Abro-

44. Abrogatus fuit abusus  
deferendi nocte in fer. 6. Pa-  
rasceus Sanctis. Eucharistiam,  
à Sac. Congreg. super negotia  
Episcoporum die 22. Martij  
1596.



---

 DECRETA,

*Qua Divinum Officium re-  
spiciunt.*

1. **C**ONSECRATOR Ec-  
clesiæ potest in actu Cō-  
secrationis statuere aliū diem,  
pro anniuersaria eiusdem cō-  
secratione: die 19. Februarij.  
1585.

2. Qui sunt de gremio ali-  
cuius Ecclesiæ debent recita-  
re Officium, quod in Choro  
dicitur, licet morentur alibi:  
die 8. Septembris, 1602.

3. Clerici licet adscripti alicui Ecclesie, & eiusdem seruitio, non tamen obligati Choro, & quicumque alij Clerici Sæculares, Regularesuè in Ciuitate, vel Diæcesi commorantes, non tenentur recitare Officia propria Sanctorum illius Diæcesis, vel quæ de consuetudine in eadem Ecclesia recitantur in Choro: die 8. Septemb. 1602.

4. De Sancto, cuius reliquia insignis habetur, & approbata, fieri potest Officium duplex: die 23. Nouemb. 1602. & 8. Aprilis, 1618.

5. De Sancto canonizato non potest fieri Officium extra propriam Ecclesiam sine nouo Decreto Sac. Rit. Con-

greg. 9. Decembris 1628.

6. Vesperæ Defunctorum pro prima die mensis dicuntur post Vesperas etiam Dominicæ, seu festi, si accidat: 23. Maij 1603.

7. Psalmi Graduales, & Pœnitentiales dicuntur licitè ubi est consuetudo, pridie Vesperæ feriæ quartæ, & sextæ: die 2. Augusti 1603.

8. Non est relinquendum Officium Breuiarij debitum pro Officio deuotionis 29. Nouembris 1603.

9. Dedicacionis festum extra actum eiusdem, non potest mutari ab Episcopo: die 16. Octobris. 1604.

10. Si accidat Dedicatio in Natiuitate B. Virginis fiat de

ea-

eadem Dedicacione, & cantentur potius duæ Missæ, & infra Octauam fiat de digniori, vt in Rubrica de concurrentia Octauarum: die 16. Octobris 1604.

11. Episcopus Regularis debet recitare Officium iuxta rit. suæ Diœcesis, non Regulæ; die 11. Iunij 1605. *Ideo occurrente festo Regula in festo Diœcesis, hoc præferri debet.*

12. Capellani Episcopi, qui cum eo recitant Officium, se conformare debent cum eo: 11. Iunij 1605.

13. Festum Patroni loci celebrari potest sine Octaua à Regularibus, vt censuit sæpius Sac. Rituum Congreg.

14. Non potest Episcopus

extendere Officium, quod fieri solet in Ciuitate, ad Dioecesim: die 16. Ianuarij, 1607.

15. Officium paruum Beatæ Virginis debet dici in Choro, etiam in semidupl. & Dominicis, si adsit consuetudo: 1. Sept. 1607.

16. Matutinum Defunctorum in die Commemorationis omnium fidelium Defunctorum, recitandum est mane, & non pridie Vesperis: die 1. Sept. 1607.

17. Festum sancti Caroli in Prouincia Mediolanensi celebrari potest ritu duplici: 20. Nouembris, 1610.

18. Festum & Officium sancti Conradi, Placentiæ tantum, & Nettinæ in Sicilia concessa.

cessa sunt; die 19. Maij, 1614.  
& Ordini S. Francisci 13. Sept.  
1625.

19. Nomine festi nouem le-  
ctionum intelligitur etiam Do-  
minica; die 12. Martij, 1618.

20. Præter propriæ Eccle-  
siæ Dedicacionem celebrari  
quoq; debet anniuersaria De-  
dicacionis Ecclesiæ Cathedra-  
lis. in Ciuitate quidem cum  
Octaua, in Diœcesi sine Octa-  
ua, ex Decreto Sacræ Rituum  
Congreg. 2. Maij, 1619. Erit  
tamen in Diœcesi quoque prima  
Classis festum, instar eorum,  
quæ transferuntur ultra Octa-  
uam, & sine Octaua celebra-  
tur: Vel Sui festum Patroni  
loci, quod celebrari debet à Re-  
gularibus, qui tamen non  
tener-

tenentur ad Octavam celebrandam.

21. Festum Sancti Ioseph est de præcepto vbiq̄ue, die 8. Maij 1621.

22. Festum Sanctæ Annæ est de præcepto vbiq̄ue die 23. Aprilis 1622. Ex Bullis Gregorij XV.

23. Si titulus Ecclesiæ est de Cruce, sufficit commemoratio de Cruce, quæ in Officio feriali dicitur, 30. Martij 1621.

24. Liber Esther aliquando omittitur ob festum Angeli Custodis: die 9. Nouembris 1622.

25. Vesperæ in Sabbato ante Dominicam priuilegiatam, in qua occurrit dies Octaua, dicuntur de feria, scilicet Psalmi

mi Sabbati, & à Capitulo fit de Dominica priuilegiata, & in fine fit commemoratio diei Octauæ, vt in primis Vesp. festi. 9. Nouembris 1622.

16. In fine Completorii Purificationis B. Virginis dicitur, Ave Regina: 27 Iulij 1624.

27. Symbolum Sancti Athanasij laudabilius recitatur stando in Choro: 23. Decembris, 1624.

28. Officium paruum B. V. in Choro tempore Paschali, dicitur sine addito, Alleluia: 28. Martij 1626.

29. Litanix Maiores si occurrant in die Paschatis, transferuntur in fer. 3. sequentem die 25. Septemb. 1627.

30. Offi-

30. Officium Stigmatum S. Francisci concessit Paulus V. celebrari posse vbiq̄ue ad libitum Cleri ; duplici quidem Off. in Religione S. Francisci, extra eandem semidupl. ut patet ex prima editione Romana, & per Decretum Sacre Rituum Congregationis die 28, Augusti, 1615. & rursus 2. Octobris, 1627.

31. Festum Angeli Custodis est duplex minus : die 2. Octobris, 1627.

32. Non potuerunt, neque possunt locorum Ordinarij tam Regulares quam Sæculares addere Calendarijs etiã proprijs Sanctorum Officia, nisi ea duntaxat, quæ Breviarij Romani Rubricis, vel Sacre

etæ Rituum Congreg. seu Sedis Apostolicæ licentia conceduntur: die 8. Aprilis, 1628.

33. Item eadem Sacra Rituum Congreg. eadem die, & eodem Decreto, vetuit, & prohibuit celebrari per totam Civitatem, vel Dioecesim, etiam de cuiusque Ordinarij auctoritate Missam, vel festum cum Off. de Sancto, eò quod in loco sit Ecclesia Abbatialis 18. Sept. 1628. Parochialis, vel Regularis aut aliqua Reliquia, sed tantum in ipsius Sancti Ecclesia Titulari, seu ubi asservatur insignis Reliquia, & non alibi.

34. Reliquia insignis est, corpus, caput, brachium, crus,

crus, & ea pars, non parua ta-  
men, in qua passus est Martyr,  
eadem die.

35. Eademque die damna-  
ta fuere officia non approba-  
ta à Sede Apostolica sub pœ-  
na librorum vetitorum, & nō  
satisfaciendi muneri recitan-  
di diuini officij, quæ pœna ap-  
posita fuit Decretis supra nu-  
32. 33.

36. Moniales in Confiteor,  
nihil murent neque dicant, ti-  
bi Mater, vobis Sorores, 18.  
Augusti 1629.

37. Capellani Monialium  
dicant Missam de Sancto, de  
quo Officium fit à Moniali-  
bus, sed cum Missali Romano  
20. Nouemb. 1628.

CON-

CONCLUSIO-  
NES.

Et Regula nonnulla ex Com-  
ment. predicti P. D. Bartho-  
lomei Gauanti in Rubr.  
Missalis, & Breviarij Roma-  
ni selecta, in celebratione  
Missarum, & in persoluendo  
Diuino Officio ab Ecclesiasticis  
Viris maximè notanda, &  
obseruanda.

EX COMMENTARIIS  
In Rub. Missalis.

Q V A N D O Rubrica dicit,  
Quoad fieri potest Missa  
cum Officio conueniat, loqui-  
tur Rubr. de priuatis Missis:  
Nam Missa Conuentualis de-

C

bet

bet semper concordare cum Officio, cap. cum creatura, de celebrat. Missarum.

2. Missæ votivæ quamvis habeant Præfationem propriam si infra Oct. Natiuitatis Domini celebrantur, non aliam Præfationem admittunt, nisi de Natiuitate, sicut & festum S. Ioannis Apostoli, & Euangelistæ argumento à fortiori.

3. Mutatio colorum in paramentis Altaris, & Ministrorum debet fieri in primis Vesperis festi. Si autem Vesperæ non sint integræ, is color adhibendus est initio Vesperarum, qui congruit illi, de quo dicitur Capitulum.

4. Si Officium, & Missa discor.

scordant, color Altaris sequitur Officium, excepta Missa solemni in Vigilia Pentecostes, & in Litanijis maioribus, & minoribus.

5. Pro Missa quacunque solemni conuenit, vt pallium etiam Altaris concordet cum colore paramentorum Missæ quod adnotauit recte P. Ruiz in suo Ceremoniali.

6. Canonicus in Missa celebranda non debet uti Almutia, non enim spectat ad vestes Missæ vel Altaris.

7. Qui Missas nouas celebrant, non possunt circuire Ecclesiam ad oblationem, ex Decreto Sac. Congreg. Trident. Conc. sess. 22.

8. Quando Missa votiva  
exigitur, v. g. de Assumptio-  
ne B. V. de Natiuitate eiusdē,  
& huiusmodi, potest dici Mis-  
sa votiva de B. Maria, prout  
in Missis votivis, cum inten-  
tione ad honorem Assumpt.  
Natiuitatis B. Mariæ, &c.

9. Si dicatur aliqua Missa  
votiva de aliquo Sancto, mu-  
tatur in Collecta, Natalitia, seu  
Festa, in verbum Commemo-  
rationem,

10. Orationes, quæ ab Ec-  
clesia certum habent locum,  
præcedunt quibuscunque vo-  
tivis, quæ ad arbitrium Sacer-  
dotis dicuntur, & extremum  
occupant locum, & sicut vo-  
tiva, v. g. de Spiritu Sancto  
cedit. Commemorationi festi-  
sim-

simplicis, ita cedere debet orationi, A cunctis vel alijs, quæ secundo, vel tertio loco, jubentur dici: Cæteris autem paribus attenditur dignitas eorum, de quibus est oratio.

11. Quando cantantur duæ Missæ à Dominica Passionis vsque ad Dominicam Palmarum, scilicet de feria, & de Sæcto semiduplici, tunc in Missa de semiduplici, Oratio secunda erit Ecclesiæ, vel pro Papa, neque dicetur tertia Oratio: Ita Romæ fit.

12. Quando occurrit fieri commemorationem alicuius Sancti, v. g. in Officio de Beata Maria in Sabbato, tunc in Missa ponitur commemoratio illius Sancti secundo loco,

C. 3. &

& tertia Oratio dicitur, quæ  
 lias secundo loco dicenda e-  
 rat, & relinquitur quæ tertio  
 loco dicenda erat nisi fuisset  
 facta commemoratio.

13. Oratio pro seipso Sacer-  
 dote non debet dici in Missa  
 probato Episcopo proprio,  
 vel eo maiori, vel Principe  
 magno, potius est orandum  
 pro Prælato, seu pro Principe  
 præfente, ob reuerenciam eo-  
 rundem maiorum.

14. Dominica priuilegiata  
 occurrens in die Octaua duas  
 tantum habere debet oratio-  
 nes, de Dom. & de Octaua.

15. In die Depositionis, &  
 Anniuers. Summi Pontificis,  
 pro Cardinalibus, & Episcopis  
 dicitur prima Missa. Pro Sa-  
 cer-

cerdote autem dictis diebus  
in plerisque Ecclesijs maiori-  
bus Romæ, dicitur secunda  
Missa pro Defunctis, mutata  
Oratione. Si tamen dicatur  
Missa prima, fauet Rubrica in  
fine Missarum pro defunctis,  
quæ concedit, Epist. & Euan-  
gelia vnius Missæ dici posse in  
alia quacunque Missa pro De-  
functis.

16. Oratio in Tertio, Septi-  
mo, & Trigesimo dicenda, nō  
debet dici in ijs diebus, quæ  
occurrunt inter Tertium, Se-  
ptimum, & Trigesimum, sed  
tantum in proprijs diebus af-  
signatis.

17. Orationes extra Missam  
dicuntur semper junctis ma-  
nibus.

C

4

12. Quam

18. Quando dicitur, Confiteor in principio Missæ, non debet addi nomen Sancti Patroni loci, vel alterius, prohibito Sacerdotis, quia Pius V. hoc expressè concessit Ecclesijs Hispaniarum, non igitur fieri debet sine Papæ licentia.

19. Gloria in excelsis in votivis B. M. omninò non dicitur nisi in Sabbato, nec etiam in Ecclesia B. Mariæ. Dicitur etiam in Missis festivis de Sancto, licet Officium de eo non fiat, in eius die festo.

20. Dicto Evangelio, non deferretur liber osculandus Vicario Apostolico, sed tantummodo illis expressis in Rubrica Missalis: Principibus autem magnis ex tolerantia, non autem

rem inferioribus laicis: Et il-  
lis alius liber deferendus est,  
nonidem ipse celebrantis, qui  
proprium eo casu semper o-  
sculari debet librum: Ita sta-  
ruit Sacra Congregatio super  
negotia Episcoporum 22. &  
28. Augusti 1589. Neque Cō-  
mendatario 17. Septem. 1611  
Sacra Rit. Congregatio.

21. Omittens Sacerdos o-  
sculum libri, omittit etiam.  
Per Evangelica, &c.

22. Dari pacem cum Pate-  
na in Missa prohibuit Pius V.  
in Epist. ad Archiepiscopum  
Tarraconensem.

EX COMMENTARIIS  
In Rubr. Breuiarij.

1. **N**ON potest fieri mutatio ritus, vt scilicet duplici ritu celebretur festum, quod aliàs simplici sub ritu, vel semiduplici decretum est; Pius enim V. in Bulla Breuiarij, non modo præcipit substantiam, sed etiam modum, & formam Horarum Canonizarum.

2. De Sancto, cuius reliquia non insignis habetur, si concedatur Officium, debet esse semiduplex, ad differentiam insignis reliquiæ.

3. Feriale Off. Domini Officium est quod à quocunque seruo non debet obrui: ideo

videant Episcopi, ne pluralitate festorum fiat iniuria Officio feriali Domini Dei nostri.

4. Officium Dominicæ est valde venerandum, est enim Officium primarum Domini, & ideò non prætermittendū, nisi ob festum duplex, & dummodo non sint Dominicæ priuilegiatæ, vt Aduentus, Quadragesimæ, &c. Et est tam celebre Officium Dominicæ, quod semper de eo saltem fit commemoratio, si minus Officium fieri queat, ob festum duplex.

5. Omnes dies Octauæ pro vna festiuitate computantur; & ideò appellat Radulphus Octauam, prorogationem

festi, ex quo sequitur, quod eo nobilior est Octaua, quo minus interrupta est à festis aliorum.

6. Octaua Dedicat. propriæ Ecclesiæ est maior, quam Oct. Patroni loci, seu tituli Ecclesiæ. Dignior verò est Octaua B. Virginis Assumptæ, quam Octaua Dedicacionis.

7. Primæ Vesperæ secundis sunt nobiliores.

8. Fit commemoratio de semidupl. ante commemoracionem diei infra Oct. quia semiduplex est festum, dies verò infra Octauam non est festum, sed continuatio festi.

9. Tam de Patrono loci quam de Titulari Ecclesiæ, fit Off. vt de duplici primæ Classis.

sis. Item fit Octava de utroq; ,  
& quæcunque dantur duplici  
primæ Classis, & Octavis, ea-  
dem concedenda sunt Patro-  
no principali loci in loco suo,  
& Titulari in Ecclesia sua.

10. Si Patroni plures, seu  
Titulares conceduntur: Off.  
quidem singulorum duplex  
erit, ut dicitur in Rubr. de Off.  
dupl. num. 1. Sed Octava non  
conceditur ex Rubr. Breuiarii  
de Octavis num. 2. nisi festo  
principalis Patroni, & princi-  
palis item Titularis Ecclesiæ:  
imò neque primæ Classis fe-  
stum erit, nisi sit solemne prin-  
cipale festum principalis Pa-  
troni, aut Tituli Ecclesiæ, ut  
apertè habetur in Rubr. de  
Commemorationibus num.

3. & 4. quale non est Patroni  
Translatio, nec festa similia.

11. Tanta est solemnitas Pa-  
troni loci, ut si incidat in Vigi-  
liam, quæ sit in Calendario,  
cum jeiunio de præcepto ni-  
hil in Officium fiat de Vigilia  
quæ mæstitiam infert: In mæ-  
sta tamen jeiunandum erit, ni-  
si transferatur in præceden-  
tem diem jeiunium ipsum, au-  
thoritate maiorum.

12. In Vigilia, Patroni omit-  
titur suffragium commune  
de Patrono, quod fit per an-  
num.

13. Si Translatio alicuius  
festi fiat à tempore Paschali,  
ad tempus non Paschale, re-  
citandum erit Off. tempore  
non Paschali quod accidit in

Trans-

Translatione aliquorum San-  
ctorum Martyrum mense  
Maij.

14. Si occurrant duo festa  
sub vna ratione festi, in Calen-  
dario Romani Breviarij, quo-  
rum tamen alterum est fe-  
stum Patroni, seu Tituli Ec-  
clesiæ v. g. Festum Sebastia-  
ni, cui cum S. Fabiano fit ordi-  
nariè festum, eo casu fit de Pa-  
trono, seu Titulari tantū, hoc  
est, de S. Sebastiano solo vti fe-  
sto primæ Classis, non autem  
de socio, eo die. Qui verò hac  
de causa in eorum proprio die  
omittuntur, vel sunt, in Ca-  
lendario sub ritu duplici, vel  
semiduplici, & tunc prima  
die similiter non impedita  
fit Offic. de omissis sub ritu  
semi-

semiduplici puta in exemplo  
 allato, fiet de Fabiano ritu se-  
 miduplici post Oct. vel sine  
 sub ritu simplici, & tunc in ea  
 Ecclesia nihil fit de socijs o-  
 missis. Quod si ij, qui divi-  
 duntur sunt altioris ordinis,  
 & Classis, vt in Ecclesia S. Phi-  
 lippi Apostoli, de quo solo fit  
 ideircò festum primæ Classis,  
 eo casu prima die non impe-  
 dita fit Offic. de Translato S.  
 Iacobo sub ritu duplici secur-  
 dæ Classis, quia est de duode-  
 cim Apostolis, & die 4. Maij in  
 Laudibus tantum fiet com-  
 memoratio, cum 9. lectione  
 S. Monicæ.

15. Porro prædicta separa-  
 tione facta Patroni, seu Titu-  
 laris à socijs, quos illi habent  
 in

in Calendario Romano, curandū erit, vt Oratio, Lectiones, & Euangelium cum Homilia congruant cum festo, ita vt pro vno, non pro pluribus Off. fiat; & deficientibus proprijs, erit ad commune Sanctorum recurrendum, vel reseruata Patrono potius Oratione, quam socijs, & in numero singulari accommodata, pro socijs autem sumatur de Communi, vt sit varietas; nisi forte contingat de socijs officium fieri extra Octauam Patroni, seu Tituli, quo casu variandi, necessitas minime vrgeret.

26. Titulus Altaris, seu Capellæ celebrandus est sub ritu, prout in Calendario Romano

describitur. In quo si neque nominatur, ad illud Altare celebrari poterunt missæ festinæ, cum Hymno Angelico. Sed Offi. nullatenus fiat sine licentia maiorum, ad quos attinet Officia mutare.

17. Si Altare titulus est beneficij, Beneficiatus adhuc non debet Off. recitare de eo, vt de festo primæ Classis neque alio ritu, quam in Calendario sit descriptus, & eo ibidem non descripto, non potest propria auctoritate, de eo recitare Off. Si verò titulus est Ecclesiæ ditatæ ad illud Altare translatus, ille, qui emolumenta prædictæ Ecclesiæ percipit, æquum est, vt recitet Off. de eo in eius festo, ne depercat cultus illius

Titularis Ecclesiæ & ritus erit  
semiduplex, nisi dignitas eius-  
dem aliud exposcat. Sed in  
his casibus consulatur Sacra  
Rituum Congregatio.

18. Beneficiarius quilibet  
habens Ecclesiam, quæ est  
Tit. beneficij, licet apud eam  
non resideat, debet tamen fe-  
stum eiusdem colere, ut pri-  
mæ Classis, & cum Octava ce-  
lebrare, quia est festum tituli  
Ecclesiæ.

19. Vesperæ Defunctorum  
cum Matutinis, & Laudibus  
debent dici, & persolui ex præ-  
cepto ab ijs, qui tenentur re-  
stitare Divinum Officiū in die

Commemoration. omnium  
fidelium Defunctorū cum sit  
pars Diuini Officij eo die  
præscripti: Et cū sit pars no-  
tabilis, ad restitutionem fru-  
ctuum tenetur Beneficiatus ad  
ratam Vesperarum, vel Matu-  
tini, vel vtriusque, si totum  
prætermisit Officium Defun-  
ctorum.

20. Quando fit Officium  
plurium Confess. siue Pon-  
tificis siue non Pontificis da-  
tur facultas mutandi verba,  
tum in Oratione, tum in Ser-  
monibus, vt sonent nume-  
rum pluralem: Non tamen in  
Sermones S. Gregorij ex lib.  
Moral. Deridetur iusti simpli-  
citas, quia non est propriè ser-

mo

mo de Sancto sed tractatus, &  
Exposit. lib. Iob. In Antiph.  
Resp. Hym. & Hom. nulla fit  
mutatio, licet non quadrent  
pluribus, quia nimia esset mu-  
tatio, & perdifficilis, vt  
congruat in omni-  
bus.

F I N I S.



DE MISSIS  
VOTIVIS,  
ET PRO DEFVN-  
CTIS.

Ex Thesauro Sacrorum Rituum  
Admodum Reuerendi P. D.  
Bartholomæi Gauanti, Congr.  
Cleric S. Pauli, & Sacr. Rituum  
Congregat. Consultoris.

*Collectore Ioanne Petro  
Casanova.*




Superiorum Licentia.

MONACHII.

Formis Nicolai Henrici

---

M. DC. II.



DE MISSIS  
VOTIVIS.

*Communia Solemnibus, &  
Privatis Votivis.*

I.

**R**SALM. Indica, &  
Gloria Patri in In-  
troitu, & ad Lavan-  
do, dicuntur in om-  
nibus votivis, etiam de Passio-  
ne, & Cruce, tempore Passio-  
nis, quia non sunt Missæ de  
tempore, & discordant ab offi-  
cio.

D 5      2. Glo-

2. Gloria in excelsis, nunquam dicitur, nisi in Missa Angelorum, & in Missa S. Mariæ in quocunque Sabbato, etiam Aduentus; non extra Sabbatum, licet sic tempus Paschale, vel infra Octauam: neque si Ecclesia, vel Altare sit sub nomine S. Mariæ; nisi adsit speciale privilegiū, quod Laurentianæ Edi fuit concessum. De Missa solemnī pro re graui dicemus infra.

3. Orationes plures dicuntur, & secunda de eo semper, de quo fit officium.

4. In votiuīs de Spiritu Sancto, tertia erit, A cunctis, quando ea dici solet pro tempore, non autem de B. Virgine loco illius.

5. In votivis B. MARIÆ, tertia erit de Spiritu Sancto, nisi præter Orationem de officio faciendâ sit commemoratio de Festo simplici, quo casu non est necessaria quarta de Spiritu Sancto.

6. In votivis de SS. Apostolis Petro & paulo, quando dicitur. A cunctis, eius loco dicitur oratio de B. Virg. Concede nos.

7. Credo non dicitur regulariter, neque infra Octavas,

8. Præfatio propria dicitur, si adest; aliter, vel de tempore, vel de Octava, vel Communis.

9. Infra Octavam Natiuitatis Domini dicitur Præfatio de Natiuitate, licet votiva Missa propriam habeat Præfationem.

10. Com-

10. Communicantes, dicitur, si votiua dicitur infra eas Octauas, quæ illud habent.

11. Vltimum Euangeliū semper est S. Ioannis, In principio.

12. Missa votiua de Sancto sumitur de eiusdem Festo, si habet propriam; alioquin de Comuni, sed habita ratione temporis Paschalis, seu non Paschalis.

13. Si exigatur de Assumptione, vel alio Festo B. Virginis dicatur Missa, vt in votiuis pro tempore, cum intentione cultus illius Festiuitatis, seu Misterij.

14. Si item de Rosario, quæ est prohibita (Dominicanis exceptis) dicatur, vt in votiuis B. Virginis, si verò ex Testamen-

stamento Defuncti oriatur obligatio, pro commutatione voluntatis adeatur Sacra Rituum Congregatio, quæ mutare solet in communem votivam. Idem fiat de Missa de Monte Carmelo, & similibus.

15. Introitus, & Orationum habeatur ratio, vt pro, Natiuita, & simili verbo, dicatur, Commemoratio, & taceantur item incongrua verba, Hodie, Huius diei, Hodierna die, &c.

16. Tempore Paschali adduntur in fine Introitus duo Alleluia, & in fine Offertorij, & Communionis additur Alleluia, vbi non habetur.

17. Prohibitæ sunt, ita vt nequeretineri queant, Missæ  
de

de XV. Auxiliatoribus, de Patre æterno, de S. Gregorio, pro viuis, sub pœnis Librorum prohibitorum in Indice Librorum eorundem contentis.

18. Color votiuarum est idem, ac Festorum. In Missa de Cruce, rubeus; in Missa, de Passione, violaceus.

19. Pro eligendo Summo Pontifice, rubeus.

20. Pro Creatione, Coronatione Papæ; Creatione, & Cōsecratione Episcopi, Alb.

21. Pro Missis ad tollendam schisma, &c. vsque ad Missam, Pro iter agentibus, inclusiuè, color violaceus.

*Propria Votivatum solem-  
nium.*

2. **Q**UANDO fit de FERIA  
& non est resumenda  
Missa Dominicæ præcedentis,  
quæ fuerit impedita, neque  
anticipanda Missa Dominicæ  
sequentis, vt in Rubricis dici-  
tur, cantari potest loco Missæ  
Conuentualis de Officio, Mis-  
sa votiuæ de Trinitate in Fer.  
2. de Angelis, in Fer. 3. de A-  
postolis Petro, & Paulo, Fer.  
4. De Spiritu Sancto, vel de  
Sanctissimo Sacramento, Fer.  
Fer. 5. de Cruce, vel Passione,  
Fer. 6. cum Præfationibus in  
Cantu communi.

23. Excipiuntur Feriæ Adventus, Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Rogationū, & Vigiliarum. In his enim prædictæ Missæ non cantantur, loco Conuentalis Missæ.

24. In Sabbatis Adventus (extra Quatuor Tempora, & Vigiliam) dici potest Missa principalis de B. Virgine, cum Commemoratione Feriæ, & in ea dicitur, Gloria in excelsis.

25. Missa votiuæ solemnis pro re graui, vel publica Ecclesiæ causa, potest cantari etiam in Dominicis, & Festis non maioribus, cantata altera de die in Collegiatis.

26. Res autem grauis est, pro qua conuenit Episcopus cum

cum Clero, & populo Sacrae  
Rituum Congreg. 19. Maij,  
1607.

27. Publica causa dicitur  
etiam, ob quam oratio fit so-  
lemnis 40. Horarum per gy-  
rum, & quando fiunt Comi-  
tia Generalia, seu Prouincialia  
Regularium pro electione of-  
ficialium.

28. Et in his casibus dicun-  
tur Gloria, vnica oratio, Cre-  
do, & Præfatio in Cantu so-  
lemni.

29. Si adhibentur paramen-  
ta violacea, non dicitur Glo-  
ria, neque Credo. Sac. Rituum  
Congreg. 19. Maij 1607. ne-  
que Præfatio in Cantu solem-  
ni, sed vnica oratio.

E. 30. In

30. In Missa solemnī, Pro gratiarum actione, dicuntur duæ tantum orationes assignatæ in proprio loco.

31. Item duæ assignatæ in Missali cum Missa de Spiritu Sancto, ad postulandam gratiam eiusdem Spiritus Sancti.

32. Si infra Octavam Paschæ contingat cantari Missam votiuam, non dicitur, Graduale, licet illud dicatur in Missa de Die.

33. Extra casus prædictos num. 22. non potest à Canonicis pro Missa concordante cū Officio, seu votiuā assignatā diei, vt supra, cantari alia votiuā diuersa ab eo die, quia Canonici tenentur ad cantandam

dam Missam de Die, vel quasi de Die, eo modo, quo diximus, ut lucrentur distributiones, ex Decretis Sac. Rituum Congregat. 25. Iunij, 1611. 28. Ianuarij, 1612. 16. Ianuarij, 1617. 12. Iulij, 1628. Neque potest introduci consuetudo in contrarium ritum, ex eadem. 16. Ianuarij, 1627. Regulares autem non tenentur ad plures Missas cantandas; quia non sunt Ecclesie Collegiate, sed Conuentuales, ut probat Gauant. tom. 1. par. 3. tit. 11. num. 12.

34. Hora cantandi Missam votiuam solemniter, pro te

E 2 gra-

gravi cum Populi frequentia,  
erit post Nonam.

35. Aliæ Missæ, de quibus  
nu. 22. cantantur vti de die,  
post Sextam.

*Propria votivorum priva-  
tarum.*

36. **M**ISSAE quæcunque  
votivæ, dici possunt,  
quocunque die non est Domi-  
nica, neque Duplex, sed ex ra-  
tionabili causa.

37. Et consequenter dici  
nō possunt in diebus, quibus  
prohibetur Festum duplex, ex  
Decreto Sacr. Rituum Con-  
gregationis 28. Augusti, 1627.  
hoc est, infra Octavas Epipha-  
niæ, Paschæ, & Pentecostes;

In

In Vigilijs Natiuit. Domini, & Pentecostes, in Fer. 4. Cinerum, & in Hebdomada maiori.

38. Obligatus his diebus ad Missas votiuas, satisfacit, obediendo Rubricis; si minus in proximos dies non impediros transferri queant.

39. Causa rationabilis, de qua supra non ea est, vt Missa breuior celebretur; neque quodlibet arbitrium laicorū, sed voluntas defunctorum, necessitas, aut pietas Viuorum votiuas Missas postulantium, & eiusmodi.

40. Missa de B. Virgine potest dici etiā in omnibus Sabbatis aduentus, excepta Vigilia Natiuitatis, si accidat in Sabbato, vt supra dictum est.

41. In votiuis priuatis, Pro gratiarum actione, secunda Oratio erit de Officio, tertia pro gratiarum actione.

42. Idem fiat in Missa ad postulandam gratiam Spiritus Sancti.

43. Graduale cum Alleluia, dicitur etiam tempore Aduentus, licet illud omittatur in Missa de Feria.

44. In votina Conuersionis S. Pauli facienda est commemoratio S. Petri immediate post primam Orationem, ne vnquam separentur; & contra in votiuis Sancti Petri sit commemoratio S. Pauli, sed melius est, earum vice dicere votiuam, communem de eisdem Apostolis.

# DE MISSIS DE REQUIEM.

*Communis Missa Solemnis. &  
Privata.*

1. **P**SALMI præparationis ad  
Missam congruentius o-  
mittuntur.

2. Non dicitur Psal. Iudica.  
Requiem æternam dona eis.  
In tota Missa dicitur semper in  
numero plurali.

3. Non signat se Sacerdos  
in Introitu, sed faciat signum  
Crucis super Librum.

4. Non dicitur Gloria in ex-  
celsis.

5. Unica oratio dicitur in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum, in die Dispositionis, & Tertio Septimo, Trigesimo & Anniversario Defuncti.

6. Nunquam nominatur dies quartus, quintus, sextus, nonus, & alij, intra Trigesimum, in oratione.

7. Quando plures dicuntur orationes; puta secundo loco, pro Patre, & Matre Sacerdotis, vel pro Benefactoribus ultima est, Fidelium, generalis pro omnibus.

8. Oratio pro Patre, & Matre Sacerdotis, non dicitur pro aliorum patre, &c. quando dicitur pro altero tantum, siue Patre, siue Matre; semper dicitur

icitur initio Collectæ: Qui nos Patrem, & Matrem honorare præcepisti.

9. Nulla dicitur Oratio pro viuis, neque etiam si sit communis viuis, & Defunctis.

10. In Tertio, Septimo, Trigesimo, & Anniuersario die Papæ, Cardinalis, Episcopi, & Sacerdotis, dicitur Oratio, quæ in die depositionis.

11. N. in orationibus exigit nomen proprium Defuncti, si est persona Nobilis, vel insignis, vel sit consuetudo nominandi omnes.

12. Epistola, & Euangelium sunt ad libitum celebrantis, vt dicitur in Rubric. Missalis; decet tamen ea dici, prout in Missali distributa.

E 5 13. Epi-

13. Epistola, & Euangelium primæ Missæ dicuntur in Missis pro Papa, Cardinali, Episcopo, & Prælati, etiam Regularium: secunda verò Missæ congruentius dicuntur in Missis pro Sacerdote inferioris ordinis.

14. Sequentia, dicitur semper, quando dicitur vnica oratio. In alijs Missis, vbi plures dicuntur, ad libitum ea recitatur.

15. Non petitur benedictio ante Euangelium.

16. Non osculatur celebrans librum, neque dicit: Per Euangelica, &c.

17. Non dicitur, Credo, non benedicitur aqua in Calicem fundenda, dicitur autem  
tem.

tem Oratio, DEVS qui huma-  
na, &c.

18. Ad Lauabo omittitur,  
Gloria Patri; neque vice illius  
dicitur Requiem, &c.

19. Præfatio semper com-  
munis dicitur.

20. Ad Agnus DEI, dicitur  
Doni eis Requiem, & tertio  
additur, sempiternam, neque  
pectus percutitur.

21. Omittitur prima Ora-  
tio, Domine Iesu Christe, ne-  
que datur Pax.

22. Dicitur in fine semper,  
Requiescant in pace, licet pro  
vno fiat officium Missæ.

23. Non datur benedictio  
sed dicto Placeat, osculatioque  
Altari, dicitur semper Euange-  
lium S. Joannis.

24. Si

24. Si fiat communio Populi intra Missam, adhuc nulla datur illi benedictio.

25. Canticum, & Psalmus post Missam pro gratiarum actione dicuntur cum Gloria Patri, vt aliàs.

26. In die Cōmemorationis omnium Fidelium Defunctorum, sacrificia quæcunque debent applicari omnibus Defunctis, ex intentione Ecclesiæ; & consequenter cessant eodie omnes aliæ obligationes diei annexæ pro particulis Defunctis.

27. In Missis de Viuis commemoratio pro Defunctis penultimum semper habet locum, nempe, vel secundum, vel quartum, vel sextum.

28. Pro-

28. Prohibitæ sunt eæ Missæ,  
quæ titulum habent S. Grego-  
rij, pro Defunctis à Sacra Ri-  
tuum Congreg. 8. Apr. 1628.

*Propria Missarum solemnium  
pro Defunctis.*

29. **P**RI MA die mensis non  
impedita festo nouem  
Lectionum dicitur Missa prin-  
cipalis cū tribus orationibus,  
vt in quotidianis Defunct.

30. Si vero ea die occurrat  
festum simplex, vel FERIA, quæ  
propriam habet Missam, aut  
resumenda sit Missa Domini-  
cæ præcedentis, quæ fuit im-  
pedita, & infra Hebdomadam  
alius dies nō occurrat, in quo  
resumi possit, aut anticipan-  
da.

da sit Missa Dominicæ sequen-  
tis; in Ecclesijs Cathedralibus  
& Collegiatis, dicantur duæ  
Missæ, vna pro Defunctis, alia  
de Festo simplici, vel Feria præ-  
dicta; sed (heu) negligitur  
hæc Rubrica.

31. In Ecclesijs Regulariũ,  
& aliorum, dicatur Missa de  
die cum oratione, Fidelium.

32. Feria secunda cuiusque  
Hebdomadæ, in qua officium  
fit de Feria, Missa principalis  
dici potest pro Defunctis, ut  
in quotidianis Defunctorum,  
omissa ea, quæ concordat cum  
officio.

33. Si occurrat Anniversa-  
rium, vel aliud officium pro  
Defunctis in feria prædicta, &  
pro Missa Conuentali dica-  
tur

tur Missa generaliter pro Defunctis, cantantur eo casu duæ Missæ; altera, quæ dicitur quasi de Die pro Defunctis generaliter; altera pro Anniuersario, vel officio, &c.

34. Si eadem die occurrat Festum simplex, aut Feria propriam habens Missam, aut resumenda sit Missa Dominicæ præcedentis, aut anticipanda Missa Dominicæ sequentis, ut supra in Missa de Die fiat commemoratio, ut dictum est, pro Defunctis.

35. In Aduentu, Quadragesima, Tempore Paschali, nulla habetur ratio prædictæ diei primæ Mensis respectu Defunctorum.

46. In

36. In Quadragesima, & Tempore Paschali nulla habetur ratio prædictæ feriæ secundæ; in Aduentu habetur.

37. Quando per annum est officium nouem lectionum de Sancto, non dicitur Missa Conuentualis pro Defunctis (nisi in die depositionis Defuncti, & in Anniuersario pro Defunctis) neque pro eis fit commemoratio; idem fit in Quadragesima, & Tempore Paschali.

38. In die depositionis, & Anniuersario ita dici potest Missa Conuentualis, vt non omittatur tamen Missa de dedicatione cuius Canonici lucrantur distributiones, ex Decreto  
Sac.

Sac. Rituum Congregat. 25.  
Iunij, 1611.

39. In Parasceue non potest  
cantari Missa pro Defunctis.

40. In Sabbato Sancto po-  
test, peractis officijs de die, &  
ubi est mos sepeliendi Defun-  
ctos cum Missa.

41. In die Paschæ non con-  
uenit cantari Missam de Re-  
quiem, sed differatur exequiæ  
potius in sequentem diem, si  
Missa requiritur.

42. In Dominicis, & Festis  
de præcepto, præsentem corpo-  
re, concedit Missam solemnem  
Sacra Rituum Congregatio  
23. Maij, 1603. & Rituale Ro-  
mannum, tit. de Exequijs.

43. Non tamen in festis pri-  
mæ classis, ex Rituali Roman.

F

44. Si

44. Si contingat Anniuersaria dies, Tertia, Septima, Trigesima in die Festo, transferatur Missa in sequentem, seu melius (ne patiantur animæ) in præcedentem diem.

45. Quod si agatur de mutatione longiori ad tempus, seu perpetua, consulantur illi qui possant ultimas commutare voluntates.

46. Quandounque pro Defunctis solemniter celebratur, dicitur vna tantum oratio, etiam extra diem Depositionis, diem Tertium, Septimum, Trigesimum, & Anniuersarium: intellige, solemniter, id est, cum apparatu; ne pugnet Rubrica contra Rubricam de Missa solemnī pro prima die

mensis, aut Feria secundæ  
Hebdomadæ, in qua tres dici  
debent orationes.

47. Hora celebrandi Missam  
solemnem Defunctorum est,  
vel post Primam, vel post Lau-  
des officij Defunctorum, vbi  
dicuntur ea mane post Matu-  
tinum diei, hoc est, ante Pri-  
mam.

48. In die commemoratio-  
nis omnium Defunctorum di-  
citur post Nonam, cantata post  
Tertiam altera de Octava.

49. In die depositionis, vel  
Tertio, Septimo, Trigesimo,  
aut Anniversario solemniter, cum  
Populi concursu, potest dici  
post Nonam.

50. Non incensatur Altare

nisi ad oblata, & post ea, & Altare, celebrans solus.

51. Subdiaconus non osculatur manum celebrantis; nec benedicitur, neque tenet patenam; sed ministrat celebranti cum incensat, & manus lauat, & incensat Sacramentum, cum eleuatur; neque defert librum osculandū celebranti.

52. Diaconus non petit benedictionem, nec osculatur celebrantis manum; non incensat librum, nec in fine Euangelij celebrantem.

53. Acolyti non portant luminaria ad Euangelium, neque thuribulum; tenent tamen, ut aliàs, medium Subdiaconum sustinentem librum Euangeliorum.

54. Nul-

54. Nullus è Ministris, cum aliquid Porrigunt celebranti, eius manum, aut rem osculatur.

55. In Choro genuflectunt omnes ad confessionem, ad orationes, & dicto per celebrantem, Sanctus, vsque ad Pax Domini; & ad orationes post communionem: in reliquis sedent, aut stant, vt in alijs Missis.

56. Candelæ distribuuntur Clero post Epistolam, & acceduntur ad Euangelium, ad elevationem Sacramenti, vsq; ad communionem inclusiue, & ad Absolutionem.

57. Sermo fit post Missam ante Absolutionem; & ante sermonem induitur celebrans.

pluviale ; & Ministri cum eo deponunt manipulos.

58. In Absolutione hæc notanda. Subdiaconus gestet Crucem, ut Crucifixus sibi terga semper vertat.

59. Sistat se inter lecticam, & portam Ecclesiæ, si lectica est inter Altare maius, & portam; si alibi, eandem proportionem seruet. Acolyths cum candelabris hinc inde.

60. Celebrans sistat se, ubi capite recto descenderit de Altari, inter Altare, & lecticam, aliquantum versus cornu Epistolæ, & propè ipsum à sinistris Diaconus, & Acolyths cum aqua benedicta, & incenso.

61. Incensum benedicatur,  
&

& imponitur in thuribulum  
circa finem Responsorij.

62. Ante quam aspergat, vel  
incenset, celebrans cum Dia-  
cono à dextris faciat reueren-  
tiam Altari, vt in Missa; & item  
Cruci Subdiaconi, dum cir-  
cuit lecticam; celebrans qui-  
dem capite tantum inclinato.  
Diaconus autem flexo genu,  
ter à dexteris, & ter à sinistris  
aspergit, & incensat.

63. Diaconus tenet librum;  
celebrans orat manibus iun-  
ctis: & in fine facit manu dex-  
tra signum Crucis super lecti-  
cam, dicens: Requiem, &c.  
Cantores dicunt: Requiescant  
in pace: licet pro vno fiat Ab-  
solutio.

*Propria Missarum privatarum  
pro Defunctis.*

64 **C**ONVENIT, vt prima  
die Mensis, vt supra,  
fiat saltem commemoratio ge-  
neralis pro Defunctis in Missa  
de festo simplici, seu de Feria,  
item in Ferijs secundis, respe-  
ctiue.

65. Missæ de Requiem pri-  
uatae quocunque die dici pos-  
sunt, præterquam in Domini-  
cis & Festis duplicibus, in qui-  
bus neque præsentem corpore  
dici debent.

66. Non possunt dici in die-  
bus, quibus prohibetur fieri  
officium Duplex de Sancto ex  
Decreto Sac. Rituum Congre-  
gat. 28. Augusti, 1627. hoc  
est

est, infra Oct. Epiphaniæ, Pa-  
schatis, & Pentecostes, in Fer.  
4. Cinerum, in Hebdomada  
maiori, in Vigilijs Natiuitatis  
Domini, & Pentecostes.

67. Si Festum duplex cadat  
in diem assignatum pro Alta-  
ri privilegiato, & illud sit Fe-  
stum de præcepto non potest  
in eo Altari dici Missa de Re-  
quiem Sac. Rituum Congre-  
gat. 24. Aprilis, 1617.

68. In Festo duplici, non de  
præcepto, celebrari aliquan-  
do possunt Missæ de Requiem,  
vt impleantur voluntates De-  
functorum, Ead. 1. Septembr.  
1617. 20. Junij, 1626, non ait,  
ad arbitrium viuorum, neque  
tolerancia fieri lex debet, aut

con.

consuetudo nimia contra leges Ecclesiasticas.

69. Potest pro Missa de Requiem dici Missa de Sancto, vel de Feria currente, quando maiori deuotione afficimur in his Missis; & multo magis, si Rubricæ obessent, quibus est magis obediendum. Probat Gauant. fusè tom. I. par. 3. tit. 12. num. 20. seqq.

70. Missæ triginta S. Gregorij non sunt prohibitæ, Sac. Rituum Congreg. 28. Octobris, 1628.

71. Dici debent hoc modo ex eodem S. Gregor. 4. Dialog. cap. 55. nimirum, per triginta dies continuos: ab vno, siue à pluribus, successiuè Sacerdotibus: recitata Missa, quæ

occurrit, vel de Requiem, juxta Rubricas Missalis: cum applicatione sacrificij animæ illi, pro qua dicuntur.

2. Si intra hos triginta dies occurrat Parasceue cum Sabb. Sancto, imo etiam Feria V. in Cœna Domini: non tamen dicuntur triginta dies discontinuari, quia Ecclesia prohibet celebrationem Missæ duobus primis prædictis diebus; & in Feria V. Cœnæ jubet cõmunionem Sacerdotum in vnicâ Missa solemni. Qui verò celebrant in Feria V. & Sabbato prædictis possunt continuare triginta dies; omisso die Parasceues, in quo non propriè fit sacrificium.


3. Si


73. Si dicantur xxx. Missæ vno die, vel pluribus discontinuatis diebus, proderunt quidem; sed n̄ ex institutione S. Gregorij, de qua in Dialogis loco citato.

74. Et eodem modo, si intra xxx. Missas eas enumeres, quas ter in die natiuitatis Domini celebrabis. Sufficit enim, vt eo die vnā Missam, titulo Missarum S. Gregorij, pro Defuncto facias; alias duas, pro quibus volueris. Fufius hæc Gauantus in Tomo primo Thesauri Sacrorum Rituum.


F I N I S.


















Th

3246